ܡܢܬܐ ܕܐܩܠܣܝܣܛܝܩܘܣ :

ܕܡܫܝܚ

ܠܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ . ܕܗܘ ܐܒܘ ܠܦܪܓ .

---

# GREGORII BARHEBRÆI

## CHRONICON ECCLESIASTICUM

QUOD

E CODICE MUSEI BRITANNICI DESCRIPTUM CONJUNCTA OPERA EDIDERUNT, LATINITATE DONARUNT ANNOTATIONIBUSQUE THEOLOGICIS, HISTORICIS, GEOGRAPHICIS ET ARCHÆOLOGICIS ILLUSTRARUNT


**JOANNES BAPTISTA ABBELOOS**

S. THEOL. DOCTOR, ECCLES. METROP. MECHLIN. CAN. HON., ACAD. RELIG. CATH. ROM. ET SOC. ASIAT. PARIS. SODALIS, S. SCRIPT. AC LINGUÆ HEBR. IN MAJ. SEM. MECHLIN. PROFESSOR

ET

**THOMAS JOSEPHUS LAMY**

S. THEOLOGIÆ DOCTOR, ECCLES. CATHEDRAL. NAMURCEN. CAN. HON., HERMENEUT. SACRÆ AC LINGG. ORIENTT. IN UNIV. CATH. LOVAN. PROFESSOR


TOMUS II

---


PARISIIS
APUD MAISONNEUVE ET C^ie^
QUAI VOLTAIRE, 15

LOVANII
EXCUDEBAT CAR. PEETERS
RUE DE NAMUR, 22

1874

ܡܟܬܒ ܕܐܩܠܝܣܝܣܛܝܩܘܢ

# GREGORII BARHEBRÆI

## CHRONICON ECCLESIASTICUM

ܟܬܒܐ ܕܐܟܠܣܝܣܛܝܩܘܣ ܀

ܕܣܝܡ

ܠܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܆ ܕܗܘ ܐܒܘ ܠܦܪܓ •

---

# GREGORII BARHEBRÆI

## CHRONICON ECCLESIASTICUM

QUOD

E CODICE MUSEI BRITANNICI DESCRIPTUM CONJUNCTA OPERA EDIDERUNT,
LATINITATE DONARUNT ANNOTATIONIBUSQUE THEOLOGICIS, HISTORICIS, GEOGRAPHICIS
ET ARCHÆOLOGICIS ILLUSTRARUNT


**JOANNES BAPTISTA ABBELOOS**

S. THEOL. DOCTOR, ECCLES. METROP. MECHLIN. CAN. HON., ACAD. RELIG. CATH. ROM. ET SOC. ASIAT. PARIS. SODALIS,
S. SCRIPT. AC LINGUÆ HEBR. IN MAJ. SEM. MECHLIN. PROFESSOR

ET

**THOMAS JOSEPHUS LAMY**

S. THEOLOGIÆ DOCTOR, ECCLES. CATHEDRAL. NAMURCEN. CAN. HON.,
HERMENEUT. SACRÆ AC LINGG. ORIENTT. IN UNIV. CATH. LOVAN. PROFESSOR


TOMUS II

---


PARISIIS
APUD MAISONNEUVE ET C^ie
QUAI VOLTAIRE, 15

LOVANII
EXCUDEBAT CAR. PEETERS
RUE DE NAMUR, 22

1874

APPROBATIO ORDINARII

—

*Imprimi potest.*

Mechliniæ, die 1 Augusti, 1874.
J.-B. LAUWERS, VIC. GEN.

ܒܬܪ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ.

ܡܢ ܒܬܪ ܕܡܝܬ ܡܪܝ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܩܡ ܬܘܒ ܥܒܕܘܢ ܥܘܠܐ. ܘܡܥܕܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܐܢܫܝܢ. ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܗܝ ܓܒܝܘܬܗ. ܡܛܠ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܗܘܘ ܡܢ ܟܕ ܡܬܓܒܝܢ ܘܡܬܬܣܝܡܝܢ: ܡܬܬܟܪܗܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܬܢܝܚܝܢ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܬܒ ܗܘܐ ܘܐܡܪ. ܠܝ ܫܒܩܘ ܕܐܝܬܝ ܡܒܘܥܐ ܕܚܝܐ. ܘܐܙܠܘ ܚܦܪܘ ܠܗܘܢ ܓܘܒܐ. ܓܘܒܐ ܬܒܝܪܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܚܒܫܘ ܡܝܐ. ܘܐܡܪܚ ܘܐܣܪܚ ܐܪܒܥܐ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ: ܡܢ [ܐܡܬ]ܘܗܝ ܗܘܐ ܡܬܬܥܝܩܐ. ܘܥܡܡܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܐܬܬܥܝܩܘ ܗܘܘ ܡܬܦܠܓܝܢ.. ܘܣܓܝܐܐ ܠܡܦܠ ܠܩܛܘܥ ܣܒܪܐ ܡܛܘ... ܗܝܡܢܘ ܕܐܬܒܨܪܬ.

ܗܝܕܝܢ ܐܬܟܬܫ ܥܠܝܗ ܠܥܕܬܐ ܡܪܩܘܣ ܐܣܝܪܐ. ܥܡܝܩ ܡܪܩܘܣ ܪܫܥ ܕܝܪܐ ܕܒܪܝܕܐ. ܕܩܢܐ ܗܘܐ ܥܘܬܪ ܦܬܝܟܘܬܐ ܕܚܟܝܡܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܠܥܕܬܐ ܕܡܬܬܒܠܒܠܝܢ ܛܟܣܝܗ ܡܢ ܥܘܠܐ ܕܥܒܕܘܢ. ܡܪܚ ܐܦ ܗܘ ܘܗܘܒ ܠܦܝܠܪܛܘܣ ܬܠܬ ܐܠܦܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ. ܬܪܝܢ ܡܢܗ ܘܚܕ ܡܢ ܕܝܪܐ. ܘܐܚܕ ܒܩܛܝܪܐܝܬ ܬܪܝܢ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ. ܘܐܣܪܚܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟ. ܘܐܬܩܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡ ܝܘܚܢܢ ܡܦܪܝܢܐ ܕܬܓܪܝܬ. ܐܣܠܝܘ ܠܡܪܩܘܣ. ܐܝܟ ܕܠܥܒܕܘܢ. ܘܒܬܪ ܕܗܘܬ ܕܘܠܚܐ ܒܥܕܬܐ ܫܢܝܐ ܫܬ: ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ ܘܓܒܘ ܡܢ ܬܪܬܝܢ ܒ̈ܝܫܬܐ ܠܗܝ ܕܙܥܘܪܐ. ܘܩܒܠܘܗ

86. *Post Joannem* Dionysius.

Defuncto autem Mar Joanne patriarcha, surrexit rursus impius Abdun, opem ei præbentibus quibusdam, *qui dicebant* electionem ejus a Deo esse eo quod patriarchæ statim ac electi et ordinati essent morerentur. Ipse autem scribebat in hæc verba[1] : « *me dereliquerunt qui fons sum vitæ, et euntes effoderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* » Ausus est igitur quamvis depositus ordinare quatuor episcopos. Hinc in angustia intolerabili versabantur fideles, pluresque ad desperationem usque devenerunt, ac imminuta est fides.

Tunc aliud facinus audax adversus ecclesiam molitus est Marcus, Baridæ archimandrita, possidens divitias quæ infatuant sapientes. Is, quum cerneret ecclesiæ ordines perturbari per nefarios Abduni ausus, *eadem* ausus est et ipse, et, erogatis Philarto tribus millibus denariorum, duobus a se et uno a suo monasterio, vi apprehendit duos episcopos qui ordinarunt eum patriarcham, et appellatus est Dionysius. Verum universi episcopi una cum Joanne, Tagriti maphriano, rejecerunt Marcum sicut et Abdunum. Postquam autem turbæ in Ecclesia perdurassent annis sex, congregati episcopi, e duobus malis minus eligentes, Marcum receperunt ne Abdun

[1]) *Jerem.*, II, 13.

ܠܡܦܪܝܢܐ ܕܠܐ ܢܫܬܠܛ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܐܬܦܪܫܬ
ܢܨܝܒܝܢ ܠܡܦܪܝܢܘܬܐ ܕܡܕܢܚܐ ܦܘܪܢܣܐ
ܕܐܬܪܘܬܐ ܠܗ ܠܝܘܚܢܢ. ܘܗܘܬ ܡܢ
ܗܝܕܝܢ ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܢܝܢܐ. ܗܢܐ ܕܝܢ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܢܛܪ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܫܢܬܐ
ܚܕܐ ܘܝܪܚܐ ܫܒܥܐ. ܘܐܣܪܚ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ
ܥܣܪܐ. ܘܫܢܝ ܒܫܢܬ ܐ̄ܬܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ.
ܘܐܬܩܒܪ ܒܕܝܪܐ ܕܙܪܢܘܩܐ ܕܒܬܚܘܡܐ
ܕܡܠܝܛܝܢܝ ܗܢܐ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ ܐܚܝܕܝܢ ܠܗ
ܒܝܘܡܝܢ.

dominaretur, suadente præsertim Joanne maphriano, cui adjudicata est Nisibis; hæcque ab eo tempore urbibus *maphriani* Orientis annumerata fuit. Dionysius[1] autem patriarchatum gessit anno uno et mensibus septem et ordinavit episcopos decem. Obiit autem anno Græcorum 1401 (*Chr.* 1090) et sepultus est in monasterio Zarnucha, territorii Melitinensis, quod nostris diebus Armeni detinent.

ܒܬܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ، ܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܕܗܘ ܐܒܘ ܠܦܪܓ ܒܪ ܟܡܪܐ.

87. *Post Dionysium*, ATHANASIUS, *cognomine Abulpharagius Barchamore.*

ܡܢ ܒܬܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܗܘ ܡܪܩܘܣ.
ܬܘܒ ܗܦܟ ܥܒܕܘܢ ܠܡܬܚܛܦܘ
ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ. ܘܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܠܐ ܩܒܠܘܗܝ.
ܐܠܐ ܐܬܟܢܫܘ ܒܩܣܛܪܘܢ ܕܟܪܡܝܣ ܕܒܬܚܘܡܐ
ܕܡܠܝܛܝܢܝ ܘܐܪܡܝܘ ܦܣ̈ܐ. ܘܢܦܩܬ
ܦܣܬܐ ܕܐܒܘ ܠܦܪܓ ܕܝܪܝܐ ܕܡܢ ܕܝܪܐ
ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܗܘ ܡܢ ܐܡܝܕ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ
ܫܪܒܬܐ ܕܗ̇ܢܘܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܒܢ̈ܝ ܟܡܪܐ.
ܐܬܪܒܝ ܕܝܢ ܘܡܠܦ ܒܡܠܝܛܝܢܐ.
ܘܐܬܕܝܪ ܒܕܝܪܐ ܡܕܝܢܬܐ.

ܘܟܕ ܐܬܓܒܝ ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܩܒܠ ܡܛܠ
ܫܓܘܫܝܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܥܕܬܐ ܡܢ ܥܒܕܘܢ.
ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܕܝܢ ܫܡܬܐ ܥܠܘܗܝ ܟܬܒܘ. ܘܡܢ

Postquam obierat Dionysius qui et Marcus, Abdun iterum ad usurpandum patriarchatum prosiluit; at episcopi eum non receperunt, sed convenerunt in castro Karamis regionis Melitinensis; tum missis sortibus, exiit sors Abulpharagii monachi cœnobii Mar Barsumæ, ex Amida Mesopotamiæ civitate oriundi, de eorum familia qui appellantur Bene-Chamore. Melitinæ autem educatus fuit atque institutus, vitam vero monasticam professus est in *supra dicto* monasterio.

Is igitur cum electus esset consentire renuit ob perturbationem ab Abduno in ecclesia excitatam; sed episcopi interdicta in ipsum pronun-

[1]) Nulla istius patriarchæ mentio fit in dypticbis Jacobitarum.

ܗܘܐ ܟܝܬ ܒܫܡܬܐ ܬܫܥܐ ܝܪ̈ܚܐ. ܐܬܟܪܗܘ
ܐܦܣ̈ܩܦܐ ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܒܩܛܝܪܐ ܕܓܒܪܐܝܠ
ܝܘܢܝܐ ܐܦܛܪܦܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܘܣܪܡܘܗܝ
ܒܥܕܬܐ ܕܪ̈ܗܛܐ. ܒܚܕܒܫܒܐ ܩܕܡ
ܩܕܡܝܐ ܕܟܢܘܢ ܩܕܡܝܐ. ܫܢܬ ܐܠܦ
ܘܐܪܒܥܡܐ ܘܬܪܬܝܢ. ܟܕ ܣܡ ܐܝܕܐ ܥܠܘܗܝ
ܛܝܡܬܐܘܣ ܕܬܠܐܦܛܪܝܩ. ܗܝܕܝܢ ܪܗܛ
ܐܦ ܥܒܕܘܢ ܠܘܬ ܓܒܪܐܝܠ. ܘܐܫܬܘܕܝ
ܠܗ ܬܪ̈ܝܢ ܐܠܦ̈ܝܢ ܕܝܢܪ̈ܝܢ. ܐܢ ܢܥܒܕ
ܠܐܬܢܣܝܘܣ ܘܢܩܝܡܝܘܗܝ. ܘܓܒܪܐܝܠ
ܡܛܠ ܕܡܣܒܪ ܗܘܐ ܕܠܐ ܒܨܝܪ ܡܢ ܗܕܐ ܡܘܗܒܬܐ
ܗܘܐ ܢܣܒ ܡܢ ܐܬܢܣܝܘܣ ܡܛܠ ܕܐܩܝܡܗ
ܕܗܘ ܐܩܝܡܗ. ܕܚܝܗ ܠܥܒܕܘܢ. ܘܟܕ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐ ܥܒܕ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ. ܡܛܠ
ܕܟܕ ܠܐ ܨܒܐ ܐܬܩܝܡ ܗܘܐ. ܘܠܐ ܫܡܥ
ܠܡܠܟܗ. ܐܬܚܡܬ ܓܒܪܐܝܠ. ܘܦܩܕ
ܐܢܦܩܘܗܝ ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ
ܒܩܛܝܪܐ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܬܪܥܐ ܕܕܪܬܐ ،
ܢܦܩ ܗܘ ܓܒܪܐܝܠ ܠܐܘܪܥܗ. ܘܒܥܐ
ܕܢܒܪܟܝܘܗܝ ܡܢܗ. ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܡܛܠ
ܕܡܟܪܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܒܩܛܝܪܐ ܐܝܬܝܘܗܝ.
ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܒܪܟܝܘܗܝ. ܐܠܐ ܐܡܪ. ܐܢܬ
ܝܘܢܝܐ ܐܢܬ ܘܚܢܢ ܣܘܪ̈ܝܝܐ. ܗܝܕܝܢ
ܐܬܚܡܬ ܓܒܪܐܝܠ. ܘܦܩܕ ܘܐܬܚܒܫ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܒܝܬܐ ܕܐܢܬܬܐ ܙܢܝܬܐ ܐܝܟ
ܕܢܨܥܪܝܘܗܝ. ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܦܩܕ ܘܐܬܚܕܘ
ܥܕ̈ܬܐ ܘܫܠܝܘ ܢܩܘ̈ܫܐ. ܘܟܕ ܠܐ ܣܝܒܪܘ

ciarunt; cumque novem menses esset censuris irretitus, coacti sunt ut illum, adhibito violento interventu Gabrielis Græci Melitinæ præfecti, adducerunt ac in ecclesia «Cursoris» ordinarent, die dominica, prima Conun prioris *(Decembris)* anni millesimi quadringentesimi secundi *(Chr.* 1090), manum ei imponente Timotheo Telpatriciæ. Tunc Abdun etiam ad Gabrielem accurrit, eique duo millia daricorum promisit, si, Athanasio deposito, ipsum institueret; Gabriel autem, quippe qui summa ista non minora honoraria exspectaret ab Athanasio ideo præsertim quod hunc instituerat, repulit Abdunum. Deinde, cum patriarcha non ageret secundum ejus expectationem, eo quod invitus et vi institutus esset, Gabriel ira incensus cum e monasterio Mar Barsumæ violenter abduci jussit: qui cum ad atrii fores pervenisset, ipsum Gabrielem obviam egressum habuit, petentem ab ipso benedictionem; patriarcha vero, ægre erga eum dispositus, utpote vi evocatus, illi benedicere noluit et dixit: «tu Græcus es, nos vero Syri.» Hinc Gabriel, furore abreptus, patriarcham opprobrii causa includi jussit in domo mulieris meretricis; patriarcha autem præcepit ut ecclesiæ clauderentur et campanæ[1] tacerent. Cum fideles patriarchæ inclusionem

[1] ܢܩܘܫܐ (a ܢܩܫ *pulsavit)*, *campana* seu *tintinnabulum*, instrumentum plerumque ex ligno quandoque ex metallo confectum, quod idem est ac Græcorum σημαντήριον, cujus varias formas erudite describit Leo Allatius, *De Recentiorum Græcorum templis*, p. 103. Quum enim Mohamme-

ܡܬܝܗܒܝܢ ܡܫܩܘܠܘ ܕܡܠܟܐ . ܟܢܫܘ ܡܢ
ܥܒܕܝܗܘܢ ܐܪܒܥ ܡܐܐ ܕܝܢܪܐ ܕܕܗܒܐ ܘܝܗܒܘ
ܠܓܒܪܐܝܠ . ܘܫܒܩܗ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܙܠ
ܠܥܘܡܪܐ .

ܘܒܫܢܬ ܐܬܘ ܒܬܫܪܝܢ ܩܕܝܡ ܫܢܝ
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ .
ܘܡܟܬܒܢܐ . ܘܩܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܣܥܝܕ ܒܪ
ܨܒܘܢܝ . ܓܒܪܐ ܡܫܟܚܢܘܬܐ ܘܡܟܬܒܢܐ
ܡܗܝܪܐ ܒܬܪܬܝܗܘܢ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܘܣܘܪܝܝܐ.
ܡܗܝܪܐ ܒܬܪܬܝܗܘܢ ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ
ܘܣܘܪܝܝܐ . ܘܐܣܪܚܗ ܒܩܢܩܪܛ ܕܐܡܕ
ܕܐܬܩܪܝ ܝܘܚܢܢ . ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܕܥܠ ܠܡܠܝܛܝܢܐ
ܐܬܬܚܕܘ ܬܪ̈ܥܝܗ̇ ܠܡܕܝܢܬܐ .
ܘܟܪܐ ܠܠܗ̇ ܩܠܝܓ ܐܪܣܠܢ ܣܘܠܛܢܐ
ܕܐܝܩܘܢܝܘܢ . ܘܟܕ ܗܘܐ ܠܓܒܪܐܝܠ ܐܝܦܪܟܐ
ܠܠܒܗ ܕܚܫܕܐ ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܩܕܝܫܐ.
ܐܝܟ ܕܢܫܠܡ ܠܡܕܝܢܬܐ ܠܛܘܪܟܝܐ.
ܐܬܚܡܬ ܥܠܘܗܝ ܘܡܚܝܗ ܒܢܝܙܟܐ ܥܠ
ܪܝܫܗ ܘܩܛܠܗ ܒܥܪܘܒܬܐ ܒܬܡܘܙ ܕܫܢܬܐ
ܗܝ . ܗܘ ܕܝܢ ܓܒܪܐܝܠ ܠܝܛܐ
ܠܓܢܬܐ . ܡܢ ܕܝܢ ܡܛܠ ܠܥܡܐ ܐܟܪܙܗ

non ferrent, collegerunt inter se quadringentos denarios aureos, quibus Gabrieli oblatis, dimissus est patriarcha et ad cœnobium reversus.

Anno 1406 *(Chr.* 1094), mense Teschrin priore *(Octobri)*, obiit Ignatius metropolita Melitinæ et scriptor. Arcessivit patriarcha Saidum Bar Sabuni, *virum* scientia conspicuum et scriptorem[1] utriusque linguæ, græcæ et syriacæ, peritum, illumque ordinavit in Cancrata regionis Amidæ[2]. Appellatus est Joannes. Eodem die quo ingressus est Melitinam, hujus *civitatis* portæ clausæ sunt; eam quippe obsedit Kalig Arselan, soltanus Iconii, cumque Gabrieli præfecto mala inesset suspicio adversus sanctum præsulem, quasi is urbem Turcis prodere vellet, ei indignatus est, hasta caput ejus percussit eumque interfecit feria sexta quarta mensis Tamuz *(Julii)* ejusdem anni *(Chr.* 1095); porro maledictus iste Gabriel, populum veritus, præsulem transtulit in hortum atque inter arundines abscondit; bi-

dana gens campanas nostras prohibent, Orientales fere ubique hisce instrumentis utuntur ad convocandos in ecclesiam fideles. Dionysius in *Chronico* campanæ seu tintinnabuli formam describit, inducens Deum ad Noe, cui campanarum inventionem tribuit, loquentem in hæc verba: *«Fac tibi tintinnabulum* ܢܩܘܫܐ *ex ligno buxeo cariei haud obnoxio, longitudinis trium cubitorum et latitudinis unius cubiti cum dimidio, et malleum ex eodem: et pulsa illud ter singulis diebus: semel scilicet mane ut artifices ad arcæ opus congregentur; et meridie ut cibum capiant; et semel vespere, ut requiescant.»* Ap. Asseman., *Bibl. Orient.*, II, 179.

[1] De ejus scriptis hæc habet Assemanus *(Bibl. Orient.* II, 212): *«Exstant syriaci Saidi cantus in pontificali Jacobitarum*, Cod. *Ecchel.* 4, *fol.* 226, *hoc artificio dispositi, ut initiales singulorum cantuum literæ auctoris nomen exprimant in hæc verba:* ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܥܠ ܣܥܝܕ ܚܛܝܐ ܕܟܬܒ ܗܠܝܢ. *Parce, Domine, Saido peccatori qui hoc scripsit. Sunt autem morales, et in tonsura monachorum a Jacobitis recitantur.»*

[2] Additur apud Assemanum, *Bibl. Orient.*, II, 211: ܒܕܝܪܐ ܕܐܠܝܐ ܢܒܝܐ *in monasterio Eliæ prophetæ.*

ܠܫܢܬܐ ܟܕ ܥܒܪܬ ܘܥܒܕܘ ܥܢܝܢܐ. ܘܩܒܪ
ܐܢܫܝܢ ܡܩܕܫܝܢ ܐܟܚܕܐ ܘܐܬܩܒܪ ܒܥܕܬܐ
ܪܒܬܐ ܕܪܗܛܐ.

ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܡܛܠ ܕܡܣܬܩܒܠܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ
ܠܗ ܠܥܒܕܘܢ ܡܪܘܕܐ. ܐܬܐܠܨ ܘܢܚܬ
ܠܒܓܕܕ. ܘܢܣܒ ܡܢ ܡܠܟܐ ܐܒܘ
ܓܥܦܪ ܣܝܓܠܘܢ. ܘܡܢ ܗܘܝ ܡܝܬ
ܥܒܕܘܢ : ܒܬܪ ܡܠܟܐ ܡܝܬ ܒܚܨܢ
ܡܢܨܘܪ. ܘܦܩܕ ܕܢܩܒܪܘܢܗ ܒܬܪܥܐ
ܕܥܕܬܐ ܠܡܕܝܫ. ܐܝܟ ܕܢܬܕܝܫ ܡܢ
ܥܡܐ. ܚܠܦ ܕܐܣܟܠ ܒܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ.
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܟܢܫ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ......
ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܕܐܦܢ ܕܐܬܚܒ ܪܚܡܬܐ ܕܪܝܫܘܬܐ.
ܐܠܐ .... ܐܪܬܕܘܟܣ ܗ̣ܘܐ ....

ܒܬܪ ܕܝܢ ܕܐܬܩܛܠ ܣܥܝܕ ܒܪ ܨܒܘܢܝ
ܕܗܘ ܝܘܚܢܢ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ.
ܘܐܬܚܪܒܬ ܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܬܪܗ̇ ܡܢ ܛܘܪ̈ܟܝܐ.
ܘܩܘܝ ܐܝܟ ܫܢ̈ܝܐ ܫܒܥ ܐܪܡܠܬܐ: ܐܥܒܪ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܓܘܒܐ ܕܗܘ
ܡܢ ܒܝܬ ܡܘܕܝܢܐ ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܘܐܩܝܡ ܬܡܢ
ܡܕܪ̈ܫܐ. ܟܕ ܗܘ ܡܠܦ ܩܪ̈ܝܢܐ ܗܘܐ
ܕܟܬܒܐ ܕܥܬܝܩܬܐ ܘܕܚܕܬܐ ܘܕܡܠ̈ܦܢܐ
ܘܫܪܝܐ ܘܡܠܠܘܬܐ ܘܐܘܡܢܘܬܐ ܘܟܬܒܘܬܐ.
ܗܘ ܓܝܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܗܢܐ ܬܠܡܝܕܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܕܒܪ ܫܘܫܢ. ܘܪܒܗ ܕܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܚܘܪܒܐ ܕܓܘܒܐ.

duo autem elapso, exsequiæ ei celebratæ fuerunt, et sepultus est in ecclesia magna «Cursoris.»

Interim patriarcha, quia sibi oppositum habebat Abdun rebellem, coactus fuit Bagdadum descendere, ubi a calipha Abugiafar diploma obtinuit; paulo post Abdun mortuus est in Hesenmansur, jussitque se sepeliri ante ecclesiæ fores, ut a populo calcaretur, eo quod deliquisset in ecclesiam Dei. Patriarcha autem congregavit episcopos, exequias ejus celebravit eique condonavit, dicens eum quidem amore principatus devictum fuisse, in orthodoxa tamen fide defunctum[1].

Postquam autem interfectus esset Saïd Barsabuni seu Joannes, metropolita Melitinæ, atque urbs ejusque regio, a Turcis devastatæ, septennio circiter *pastore* viduatae mansissent, patriarcha Melitinam transtulit Dionysium Gubæ, Barmaudiana dictum, et ibi studia instauravit quum is apprime edoceret lectionem librorum veteris et novi testamenti atque Doctorum, eloquentiam et artem scribendi. Erat quippe Dionysius ille Barsusani discipulus et Athanasii patriarchæ magister. Post vastatam Gubam, in monasterium Mar Barsumæ se recepit, et in eo edocuit et

[1]) Hoc loco voces plures in codice erasæ sunt, quas e codice Cantrabrigiensi humaniter supplevit Dr Wright. Sic ergo locus ibi legitur : ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܢ ܟܢܫ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܘܥܒܕܘ ܥܢܝܢܗ. ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܕܐܦܢ ܕܐܬܙܟܝ ܒܪܚܡܬܐ ܕܪܝܫܘܬܐ. ܐܠܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܪܬܕܘܟܣ ܡܝܬ.

ܫܠܡ ܠܟܘܡܪܐ ܕܡܢܗ ܒܪܨܘܡܐ . ܘܬܩܢ
ܛܟܣ ܗܘ ܬܫܡܫܬܐ ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܒܕܘܡܪܐ
ܕܒܪ ܓܓܝ .

ܘܒܬܪ ܗܟܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܦܪܫ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ
ܠܐܘܪܗܝ . ܠܐܒܘܓܠܒ ܒܪܣܒܘܢܝ ܐܚܘܗܝ
ܕܣܥܝܕ ܡܠܝܛܝܐ ܕܐܬܩܛܠ . ܬܪܝܗܘܢ
ܐܚܐ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܢܗܝܪܐ ܗܘܘ ܒܡܪܕܘܬܐ
ܕܥܕܬܢܝܬܐ ܘܒܪܝܬܝܬܐ . ܘܡܗܝܪܐ ܒܬܪܬܝܗܘܢ
ܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܘܣܘܪܝܝܐ . ܘܒܚܕܐ ܠܡܐܡܪ .
ܥܝܢܐ ܕܟܠܗ ܕܪܐ ܗܘ . ܒܪܡ ܠܡܟܝܟܘܬܐ ܕܒܢܝܢܐ
ܗ̄ . ܩܘܡ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ . ܣܪܝܩ ܡܢ
ܡܒܘܥܐ ܠܚܝܠܘܬܐ ܟܠܗ̇ ܡܠܘܐܐ
ܡܥܬܪܐ ܡܫܬܪܝܢ ܗܘܘ . ܣܥܝܕ ܡܢ
ܕܐܬܬܣܪܚ ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܘܐܬܩܪܝ ܝܘܚܢܢ·
ܒܡܘܫܠܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ
ܕܬܬܣܪܚܘܬܗ ܐܬܩܛܠ ܡܢ ܓܒܪܝܐܝܠ
ܐܡܝܪܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܐܒܘܓܠܒ ܐܚܘ̈ܗܝ
ܕܐܬܬܣܪܚ ܠܐܘܪܗܝ . ܘܐܬܩܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ.
ܩܕܡ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܬܐ . ܦܠܓܘܬܐ
ܗܘܬ ܒܝܢܬܗ ܠܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܫܡܬܗ .
ܡܛܠ ܕܡܐܢ̈ܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܡܢ ܥܒܕܘܢ
ܗܘܘ ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܥܒܕܘܢ ܡܪܘܕܐ · ܘܡܢܗ
ܗܘ ܐܘܪܗܝ ܒܐܘܪܚܐ ܗܕܐ ܕܗܘܐ ܦܣܩ .
ܘܐܒܘܓܠܒ ܡܢ ܟܕ ܐܬܬܣܪܚ ܗܘܐ ܟܬܒ
ܒ[ܐܝܕ] ܐܫܪܪܗ ܕܐܢ ܠܐ ܢܦܪܘܩ ܐܢܘܢ . ܠܐ
ܢܫܠܛ ܕܢܦܠܚ ܦܪܢܣܘܬܐ . ܘܟܕ
ܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ . ܐܬܥܠܠ ܕܟܠܗܘܢ ܪ̈ܫܢܐ
ܕܐܘܪܗܝ ܡܬܚܝܪܝܢ ܕܠܐ ܢܫܠܡܘܢ . ܘܦܛܪܝܪܟ
ܚܪܡ ܦܢܘܣܗ ܠܒܪ ܨܒܘܢܝ ܡܢ ܡܠܐ .
ܕܐܝܟܢܐ ܕܐܫܦܪܬ ܘܟܬܒܬ ܒܐܝܕܝܟ . ܗܟܢܐ

ordinavit officium *liturgicum*, quale in cœnobio Bargaghæi vigebat.

Postea patriarcha Edessæ metropolitam constituit Abugalebum Barsabuni, Saïdi Melitinensis interfecti fratrem : ambo fratres isti famosi exstiterunt in disciplinis cum ecclesiasticis tum profanis, et utriusque linguæ, græcæ ac syriacæ, periti; uno verbo, totius generationis istius in familia orthodoxorum oculus fuerunt; verumtamen humilitate ad ædificationem *efficiendam*, virtutum omnium fonte, carebant. Said quidem, qui Melitinæ fuerat ordinatus, Joannis nomine assumpto, intra spatium quadraginta a sua ordinatione dierum a Gabriele Melitinæ præfecto fuit occisus. Quod vero attinet ad Abugalebum illius fratrem, qui Edessæ fuerat ordinatus et appellatus Dionysius, antequam laberentur dies quadraginta, dissidium exortum est eum inter et patriarcham : is enim eum communione privavit sequentem ob causam : cimelia patriarchatus in manus Abduni rebellis ceciderant et ab eo Edessæ, pacta certa auri quantitate, fuerant alienata; Abugalebus autem occasione ordinationis suæ dato chirographo spoponderat sibi, nisi ea prius remisisset, prælaturæ exercitium haudquaquam licitum fore; verum, cum Edessam pervenisset, prætexuit optimates Edessenos detrectare quominus ea redderentur. Tum patriarcha excommunicavit Barsabunium his verbis : «quemadmodum ipse decrevisti et propriis manibus scrip-

ܐܬܚܪܡܬ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܘܗܘ ܢܦܩ ܗܘܐ
ܙܕܩܐ. ܕܠܡܐ ܠܟܬܒܘܗܝ ܡܫܪܐ. ܡܛܠ
ܕܠܘ ܒܨܒܝܢܗ ܫܪܐ ܐܢܝܢ ܠܟܬܒܐ. ܐܘܪܗܝܐ
ܕܝܢ ܐܬܦܠܓܘ ܠܬܪܝܢ. ܐܢܫܝܢ ܠܡܝܛܪܦ
ܡܬܚܡܬܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܡܝܛܪܦ. ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܠܡܝܛܪܦ ܡܥܕܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܗܕܐ.
ܒܡܪܚܐ ܕܓܐܝܐ ܘܐܣܪܚ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ.
ܘܐܡܝܪܐ ܦܪܢܓܝܐ ܕܐܘܪܗܝ ܩܐܡ ܗܘܐ
ܠܡܝܛܪܦ. ܘܙܒ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܫܕܪ
ܦܪ̈ܢܓܝܐ ܥܡ ܪ̈ܫܢܐ ܐܘܪ̈ܗܝܐ. ܘܐܦܝܣ
ܠܦܛܪܝܪܟ ܡܛܠܬܗ ܘܠܐ ܐܬܦܝܣ. ܘܐܦ ܡܪܝ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܐܬܐ
ܠܘܬܗ. ܘܥܡܗ ܫܒܥܝܢ ܓܒ̈ܪܝܢ ܡܢ
ܡܝܬܪ̈ܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܢܦܠܘ ܥܠ ܐܦܝ̈ܗܘܢ
ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܐܡܪܘ. ܠܐ
ܡܪܝܡܝܢܢ ܐܦ̈ܝܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܥܕܡܐ ܕܡܪܥܐ
ܐܢܬ ܠܗ ܠܪܝܫܐ ܕܐܘܪܗܝ. ܘܐܦܠܐ ܗܟܢܐ
ܩܒܠ ܒܥܘܬܗܘܢ. ܐܠܐ ܫܒܩܗܘܢ. ܘܠܣܒܐ ܡܪܝ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܒܪ ܡܘܕܝܢܐ ܚܒܪܐ ܡܢ
ܪܥܝܘܬܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܥܠ ܕܡܥܕܪ ܗܘܐ
ܠܒܪ ܨܒܘܢܐ. ܟܕ ܕܗܘܐ ܠܗ ܬܪܬܥܣܪܐ
ܫܢܝ̈ܢ ܘܐܥܬܪܗ ܒܡܠܦܢܘܬܐ. ܐܣܪܚ ܕܝܢ
ܒܕܘܟܬܗ ܠܐܠܝܫܥ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܒܐܪܝܕ
ܕܐܬܟܢܝ ܝܘܚܢܢ. ܘܟܕ ܥܠ ܠܗ
ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܒܥܐ ܡܢܗ ܐܡܝܪܐ ܕܗܒܐ.
ܘܦܪܥܘ ܚܠܦܘܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܡܐܬܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ
ܘܐܬܦܣܩ. ܘܡܬܪܥܐ ܡܢ ܐܬܪܗ ܦܢܐ

sisti, excommunicatus es a Deo.» Ast hic in sui defensionem respondit hujusmodi censuram in ipsum haud cadere, quod voluntate sua scripta præfata non fecisset irrita. Porro Edesseni in duas partes divisi sunt: quidam irati erant metropolitæ, alii e contra auxilio suo metropolitam eo audaciæ ac contemptus duxerunt ut presbyteros et diaconos ordinarit. Jam vero Edessæ præfectus Francus[1] stabat e partibus metropolitæ, ac pluries Francos una cum optimatibus Edessenis ablegavit, ut illius causam agerent apud patriarcham, qui tamen cedere noluit; hunc pariter adiit Mar Dionysius, Melitinæ antistes, una cum septuaginta viris ex honoratioribus Melitinæ, atque hi, coram patriarchæ pedibus in facies prostrati, dixerunt: «facies nostras e terra prius haud erigemus, quam tu præsuli Edesseno bene precatus fueris;» at neque ita *preces* ab eis recepit; imo potius senem quoque Mar Dionysium Barmaudiana, quia Barsabunio tulerat opem, exuit officio pastorali, quo Melitinæ per annos duodecim functus erat, eam *interim* doctrina locupletans. Porro in hujus locum ordinavit Eliseum, archimandritam *cœnobii* Barid, qui nomine Joannis insignitus fuit: a quo, Melitinam ingresso, præfectus aurum exegit; solvit pro eo civitas ducentos denarios,

[1]) Comes Edessæ erat tunc Balduinus, Godefridi Bullionæi frater, qui, anno 1100 Hierosolymorum rex constitutus fuit. Balduino in comitatu Edessæ successit Balduinus alter, et huic anno 1119 successit Joscelinus, quem «Gosli» appellat Barhebræus.

ܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ ܐܬܚܙܝ ܘܐܬܒܣܝ ܡܢ
ܟܠܗܘܢ .

ܥܒܕ ܕܝܢ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܦ ܐܚܪܬܐ .
ܥܒܕܐ ܐܚܪܢܐ ܕܫܘܐ ܠܬܕܡܘܪܬܐ . ܟܕ ܐܬܘ
ܠܘܬܗ ܩܫܝܫܐ ܡ̈ܢܝܢ ܐܘܪܗܝܐ ܕܢܬܪܣܡܘܢ
ܐܢܘܢ ܬܢܝܢܘܬ . ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܪܨܒܘܢ
ܐܬܪܣܡ ܗܘܐ ܐܢܘܢ . ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܨܒܐ
ܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܡܢܗ
ܕܐܒܘܓܐܠܒ ܐܬܪܣܡܘ ܗܘܘ . ܘܟܕ ܠܐ
ܒܥܐ ܡܢܗܘܢ ܡܕܡ ܥܠ ܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ :
ܐܣܪܡ ܐܢܘܢ ܩ̈ܫܫܐ . ܘܒܬܪܟܢ ܗܘܐ
ܒܘܚܢܐ ܐܘܕܝܘ ܗܢܘܢ ܕܐܦ ܡܫܡ̈ܫܢܐ
ܡܢ ܒܪܨܒܘܢ ܐܬܪܣܡ ܐܢܘܢ . ܘܡܟܝܠ ܬܗܝܪܐ ܗܘܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܕܢܪܣܡ ܐܢܘܢ ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܒܬܪ
ܩܫܝܫܘܬܐ ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ . ܘܐܢ
ܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ ܡܬܩܒܠܐ ܗܝ . ܐܦ
ܩܫܝܫܘܬܗܘܢ ܩܕܡܝܬܐ ܡܬܩܒܠܐ ܗܘܬ .
ܘܐܢ ܗܝ ܦܣܝܠܐ . ܐܦ ܩܫܝܫܘܬܗܘܢ
ܬܪܝܢܝܬܐ ܦܣܝܠܬܐ ܗܝ . ܘܟܕ ܠܐ ܝܕܥ
ܡܢܐ ܢܥܒܕ . ܦܩܕ ܠܟܠܗܘܢ . ܕܥܠܡ
ܡܫܡܫܢܐ ܕܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܠܐ ܢܟܗܢܘܢ .
ܘܝܕܝܥܐ ܕܐܦܠܐ ܗܢܐ ܠܫܘܡܠܝܐ ܦܘܪܫܐ ܠܗ
ܟܠܐ ܠܡܫܬܘܫܛܐ . ܡܛܠ ܓܝܪ ܡܥܕܪܢܘܬܐ
ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܚܕ ܠܐܚܪܢܐ .

atque *ita* receptus fuit; at cum tandem vini potationi deditus apparuisset, contemptus et despectus fuit ab omnibus.

Admisit patriarcha aliud facinus, stupore dignum; scilicet adventantibus ad ipsum presbyteris nonnullis Edessenis, ut iterato ordinarentur, eo quod essent a Barsabunio ordinati, (ita enim patriarcha faciendum volebat omnibus qui fuerant ordinati ab Abugalebo), nihil ab illis circa eorum diaconatum exquirens, presbyteros eos ordinavit; sed postea, instituto examine, declararunt se quoque diaconos a Barsabunio fuisse ordinatos. Hinc vero obstupefactus hæsit patriarcha; nam fieri non poterat ut eos post presbyteratum diaconos ordinaret; quod si diaconatus eorum ut validus habeatur, validus pariter fuit presbyteratus prior; si e contra ille *diaconatus* irritus declaretur, irritus etiam presbyteratus secundus[1]. Itaque nesciens quid esset agendum, indixit eis ne sine assistente sibi diacono sacerdotium exsequerentur. Verum illegitimitatem ejusmodi decreto haud tolli manifestum est: quid enim unius diaconatus alteri prodest?

[1]) Ex hoc loco colligitur fuisse inter Syros Jacobitas qui ordinationes, *per saltum*, non tantum ut illicitas sed ut invalidas habebant, saltem ubi diaconatus omittebatur; nam omissio ordinum minorum, juxta Denzinger (*ritus Orientalium* I. I, p. 1461), apud Syros Jacobitas non impediebat quominus quis diaconus licite et valide ordinaretur. Barhebræus, in *Libro directionum* part. I, c. VII. sect. V ap. Mai, *Script. Vet. nov. collect.* t. X, agens de causis ordinationes impedientibus, præsentem quaestionem non solvit. Haec enim verba tantum habet : « *diaconus primum ordinetur ille qui offertur, et deinde presbyter.* » Unde patet diaconatum, prius suscipiendum fuisse. An autem violatio hujus præcepti irritam vel solummodo illicitam redderet presbyteratus susceptionem ex istis verbis definiri nequit.

ܒܪܨܒܘܢܝ ܕܝܢ ܟܕ ܝܕܥ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܐܙܠ ܠܥܘܡܪܐ ܕܕܘܐܝܪ ܕܒܬܚܘܡܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝ .
ܐܙܠ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ ܘܩܒܠ
ܩܕܡܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟ ܩܫܝܐ ܣܓܝܐܬ . ܘܗܘ
ܓܝܪ ܐܘܥܕܗ ܠܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܠܘܬܗ
ܘܠܐ ܒܨܒܝܢܗ . ܘܒܥܐ ܡܢܗ ܕܢܫܪܐ ܠܒܪ
ܨܒܘܢܝ ܒܫܝܢܐ . ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܦܢܐ .
ܕܚܝܒ ܛܒ . ܘܡܬܪܓܡܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܣܬܟܠ
ܚܝܠܗ ܕܡܠܬܐ ܐܡܪ . ܕܗܐ ܐܡܪ . ܕܚܝܒ
ܕܗܒܐ ܛܒ ܠܗ . ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ
ܐܡܪ . ܕܗܕܐ ܕܫܡܥܘܢ ܐܝܬܝܗ ܘܠܐ
ܕܦܛܪܘܣ . ܐܠܐ ܐܦܢ ܐܢܬܘܢ ܒܕܗܒܐ
ܡܬܬܓܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܣܝܡ ܐܝܕܝܟܘܢ .
ܣܒܘܪ ܕܝܘܡܢܐ ܥܣܪܐ ܐܠ̈ܦܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ
ܡܘܗܒ ܠܥܕܬܐ ܗܕܐ ܕܝܠܢ . ܐܢ ܠܗܢܐ
ܕܐܬܓܘܣ ܒܗ ܡܢ ܐܘܫܪܐ ܚܪܡܐ ܫܪܐ .
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܫܟܚ ܠܡܦܢܝܘ
ܦܬܓܡܐ . ܘܝܗܒܘ ܠܗ ܦܢܩܝܬܐ
ܕܫܝܢܐ ܕܒܪܨܒܘܢܝ . ܘܟܕ
ܚܡܬܗ ܚܪ ܒܒܪܨܒܘܢܝ ܘܐܡܪ .
ܐܒܘܓܠܒ . ܚܙܝ ܠܐܝܟܐ ܐܝܬܝܬܢܝ .
ܘܗܘ ܕܝܢ ܠܐ ܫܬܩ . ܐܠܐ ܒܡܪܚܘܬܐ
ܘܐܡܪ . ܐܢ ܐܢܐ ܐܒܘܓܠܒ ܐܢܬ ,
ܐܦ ܐܢܬ ܐܒܘ ܠܦܪܓ ܐܢܬ . ܗܕܐ
ܡܠܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܠܘܬ ܠܐ ܡܬܚܫܒܢܘܬܐ
ܐܝܬܝܬ ܘܫܕܐ ܠܦܢܩܝܬܐ . ܘܦܫܛ ܨܘܪܗ
ܘܐܡܪ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ . ܘܐܦܢ

Barsabuni autem, sciens patriarcham profectum esse ad monasterium Duair in ditione Antiochiæ *situm*, adiit patriarcham Francorum[1] et de patriarcha suo gravissime conquestus est. Ille ergo Mar Athanasium ad se vel invitum adduci fecit et rogavit ut *in signum restitutæ communionis* Barsabunio bene precaretur. Respondit patriarcha : « valde reus est ; » at interpres, vim illius vocis non intelligens : « dicit, inquit, sibi multum ab eo aurum deberi. » Tum patriarcha Francorum ait : « Simonis hoc est, et non Petri[2]; verum esto vos auro in ordinationibus vestris abuti; cogita modo te hodie decem millia denariorum dedisse huic nostræ ecclesiæ, si eum qui ad illam confugit censura absolveris. » Patriarcha non habuit ultra quid responderet, eique data fuit charta, in qua reconciliationem Barsabunii scriberet; ast furore suo *abreptus est et* Barsabunium intuitus : « Abugaleb, inquit, vide quonam me perduxisti ! » at miser ille non siluit, sed arrogauter respondit et dixit : « quod si ego sim Abugaleb, tu quoque, tu es Abulpharagius. » Atque illud verbum patriarcham ad *tantam animi* deordinationem extulit, ut chartam projiciens, et collum suum extendens, patriarcham Francorum ita compellaverit: « etiamsi mihi caput abscindas, hunc non absolvam. » Quare irati sunt Franci et Athanasium flagel-

[1]) Bernardus, Valentia in Gallia oriundus, Latinis primus at patriarcha Antiochiæ præfuit, ab anno 1100 usque ad a. 1136. Cfr. *Oriens Christ.*, III, 1153.

[2]) Scilicet : *hoc simoniacum est.* Alludit ad historiam quæ refertur *Act. Apost.* VIII.

ܠܡܢܓܕܘܗܝ ܦܩܕܘ. ܐܠܐ ܣܒܐ ܐܒܐ ܟܗܢܐ · ܘܚܕ
ܦܪ̈ܢܓܝܐ . ܘܐܡܪ ܕܠܦܛܪܝܪܟܗܘܢ
ܠܐܬܢܣܝܣ . ܐܦܢ ܕܚܝܒ ܐܢܫ ܗܢܐ
ܡܚ̈ܘܬܐ ܐܡܪ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܠܗܘܢ . ܕܐܦ
ܗܢܐ ܕܡܚܐ ܗܘܐ ܠܥܕܬܐ ܐܠܐ ܠܢ ܠܐ ܙܕܩ
ܕܢܡܚܐ ܒܓܘ ܥܕܬܐ ܡܚ̈ܘܬܐ . ܘܗܟܢܐ
ܐܠܗܐ ܣܥܪ ܘܢܦܩ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ
ܐܬܢܣܝܘܣ . ܘܐܙܠ ܠܥܕܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ · ܘܩܪܐ ܠܘܬܗ ܠܥܒܕܡܫܝܚܐ
ܐܘܪܗܝܐ ܦܝܠܘܣܘܦܐ ܩܠܩܕܘܢܝܐ ܪܚܡܗ .
ܘܗܘ ܐܦܝܣ ܠܪܫܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝ ܠܪܘܓܝܠ[1]
ܡܢܗ ܕܐܬܦܝܣ . ܘܫܩܠ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܗܦܘܟܝܐ
ܕܢܐܙܠ ܠܕܝܪܗ . ܡܛܠ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ
ܟܠܝ ܗܘܐ ܒܬܪ̈ܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܠܐ
ܢܫܒܩܘܢܝܗܝ ܕܢܦܘܩ .

ܘܟܕ ܢܦܩ ܐܙܠ ܩܘܝ ܒܕܝܪܐ ܕܩܢܩܪܬ
ܕܒܐܡܝܕ . ܘܗܘܐ ܬܡܢ ܠܗ ܠܐܝܣܚܩ
ܡܫܡܫܢܐ ܒܪ ܩܪܝܐ ܚܪܝܢܐ . ܡܛܠ ܕܒ̈ܬܐ
ܘܟܪ̈ܡܐ ܘܚܩܠ̈ܬܐ . ܘܚܪܡܗ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܐܝܣܚܩ · ܘܗܘ ܐܝܣܚܩ ܡܛܠ ܕܪܚܝܡ
ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܠܟܐ . ܙܒ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܢ ܒܥܐ
ܡܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܨܠܐ ܥܠܘܗܝ · ܘܟܕ ܠܐ
ܨܒܐ ، ܦܩܕ ܥܠܘܗܝ ܕܠܐ ܢܦܘܩ ܡܢ
ܐܡܝܕ . ܘܗܘܐ ܒܗ ܐܝܟ ܐܢܫ ܕܒܚܒܘܫܝܐ .
ܘܟܕ ܣܓܝ ܐܬܐܠܨ . ܫܕܪ ܠܓܘܣܠܝܢ
ܡܠܟܐ ܕܐܘܪܗܝ ܘܒܐܬܟܫܦܗ ܥܠ ܡܠܟܐ ܕܐܡܝܕ .
ܘܗܘܐ ܠܡܫܟܚ ܫܒܩܗ . ܘܟܕ ܢܦܩ ܐܙܠ

lis cædi jusserunt; at episcopus quidam Francorum senex patriarchæ suo dixit: «quamquam miser iste verbera mereatur, nos tamen non decet intra ecclesiam verbera adhibere;» atque ita præsto fuit Deus, et exiens patriarcha Mar Athanasius ad Syrorum ecclesiam Deiparæ perrexit; ad se porro accivit Abdelmessiam Edessenum, philosophum Chalcedonensem et amicum suum qui, larga munerum oblatione facta Rogelio[1] Antiochiæ principi, patriarchæ licentiam obtinuit ad cœnobium ejus revertendi; etenim patriarcha Francorum ad portas civitatis prohibuerat, ne illum egredi sinerent.

Porro cum exiisset, commoratus est Amidæ in cœnobio Canceratæ. Ortum est ibi, eum inter et Isaacum Barkraia diaconum, dissidium de ædibus, vineis et agris: patriarcha Isaacum excommunicavit; at quia Isaac præfecto acceptus exstabat, hic pluries patriarcham rogavit ut bene illi precaretur et recusantem jussit ne Amida egrederetur, ita ut Amidae veluti in carcere esset. Plurimum ibi vexatus, misit ad Goscelinum, principem Edessæ, hujusque intercessione apud Amidæ principem ægre dimissus fuit. Egressus igitur perrexit ad salutandum Goscelinum

[1]) ܪܘܓܠ *Rogel*, id est Rogerus, Richardi filios, cui Tancredus moriturus principatum Antiochenum commiserat donec ad requisitam ætatem pervenisset Boamundus II.

ܠܡܠܛܝܢܐ ܕܝܘܫܠ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܣܠܩ
ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ . ܘܐܘܣܦ.
ܚܪܡ ܩܫܝܐ ܥܠ ܐܘܪܗܝ . ܘܟܠܝܗ̇ ܠܥܕܬܐ
ܕܒܗ̇ ܡܛܠ ܠܒܪܨܒܘܢܐ ܟܠܝܗ̇ ܡܢ ܩܘܪܒܢܐ
ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܐܬܥܝܕܘ ܐܘܪܗܝܐ ܕܢܥܡܕܘܢ
ܒܢܝܗܘܢ ܒܥܕܬܐ ܕܦܪܢܓܝܐ . ܘܛܒ
ܐܬܟܪܗܬ ܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܒܦܘܠܓܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܥܡ ܒܪܨܒܘܢ ܘܥܡ ܬܠܬܐ ܩܫܝܫܐ ܣܒܐ .
ܒܪ ܡܥܕܝܢܐ ܕܐܦܩܗ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ . ܗܘ
ܕܫܡܫ ܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܪܝܫܟܗܢܘܬܐ .
ܗܘ ܕܩܠܝܣܘܪܐ . ܘܗܘ ܕܛܘܪ ܥܒܕܝܢ .
ܕܚܪܡ ܐܢܘܢ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟ . ܥܠ ܕܠܐ ܫܦܪ
ܠܗܘܢ ܩܫܝܘܬܗ . ܘܟܕ ܒܥܘ ܐܦܝܣܘܗܝ
ܣܓܝܐܐ ܘܠܐ ܐܬܦܝܣ . ܘܡܝܬܘ ܗܠܝܢ
ܢܩܫܐ . ܘܠܐ ܫܪܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܫܡܬܐ . ܘܣܓܝܐܐ
ܗܦܟܘ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ . ܐܦ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ .
ܟܕ ܩܕܫ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܝ
ܦܢܝ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ .
ܘܡܛܝ ܠܩܪܝܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ : ܐܬܬܙܝܥ
ܐܕܝܪ . ܘܐܫܬܚܠܦ ܦܪܨܘܦܗ ܘܐܬܢܓܕ
ܗܘܢܗ . ܘܐܘܬܒܘܗ ܥܠ ܟܘܪܣܝܗ .
ܘܫܡܠܝ ܕܓܪܓܪ ܩܘܪܒܢܐ .
ܘܐܚܠܡ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܫܢܝܗ ܠܗܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܠܣܓܣܛܢ . ܘܐܬܟܪܗ ܫܒܥܐ
ܝܘܡܝܢ . ܐܠܐ ܡܢ ܒܬܪ ܫܒܥܐ ܝܘܡܬܐ
ܗܘܐ ܡܢ ܕܪܥܐ ، ܡܛܬ ܠܗ ܫܥܬܐ .
ܘܫܢܝ ܫܥܬܐ ܬܠܬܐ . ܒܫܒܬܐ ܒܬܡܢܝܐ ܕܚܙܝܪܢ
ܫܢܬ ܐܬܡ ܘܐܬܩܒܪ ܘܐܬܩܒܪ

et inde ascendit in cœnobium Mar Barsumae. Contra Edessam grave anathema tulit ejusque ecclesiam propter Barsabunium sacris interdixit. Exinde Edesseni assueverunt liberos suos in ecclesiis Francorum baptizare; valde etiam debilitata est ecclesia Dei per dissidium patriarchæ cum Barsabunio et tribus præsulibus ætate provectis, Bar Maudiana *nempe* quem Melitina ejecerat et qui quinquaginta annis summo sacerdotio functus erat, episcopis Callisuræ et Turabdini, quos patriarcha excommunicaverat eo quod ipsius pertinacia eis non placuisset. Cum vero plures ei instanter supplicassent incassum, antistites quoque illi obiissent censuris eorum haud solutis, multi a fide defecerunt. Tandem, patriarcha ipse, cum die dominica Pentecostes sacrificium inchoasset in monasterio Mar Barsumæ et ad invocationem Spiritus sancti pervenisset, subito contremuit, et mutata facie animi deliquium passus est; eum in throno suo reposuerunt, et episcopus Gargar sacrificium absolvit; postea *patriarcha* convaluit ac præsulem illum ad Segestanæ[1] *sedem* promovit; verum postquam septem diebus *infirmus* jacuisset, venit hora migrationis ejus obiitque hora tertia, die sabbati, octava mensis Haziran *(Junii)* anni 1440 *(Chr.* 1129). Factæ sunt ejus exsequiæ et corporis sepultura in ærario monasterii.

[1]) ܣܓܣܛܢ *Segestana*, urbs Churasanæ regionis, teste Abulpheda, qui Haran itinere undecim dierum ab ea distare affirmat. Assemanus, *Diss. de Monophys*,, p. 103.

ܘܐܬܕܒܪ ܫܢܝܢ ܒܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܬܡܢܐ
ܘܬܠܬܝܢ . ܘܣܡܟ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ . ܗܢܘ
ܡܘܫܐ ܡܦܪܝܢܐ . ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܫܬܝܢ ܘܐܪܒܥܐ
ܕܬܓܪܝܬ ܘܐܦܣܩܘܦܐ . ܫܬܝܢ ܘܐܪܒܥܐ .

ܘܡܛܠ ܕܩܫܝܐ ܛܒ ܕܒܪ ܠܥܕܬܐ .
ܘܡܢ ܕܡܬܚܪܡ ܗܘܐ ܡܢܗ ܠܒܬܪ ܙܒܢܐ
ܘܒܥܡܠܐ ܡܫܬܪܐ ܗܘܐ . ܐܝܟ ܗܢܐ
ܕܒܢܝ ܥܕܬܐ ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܘܪܬܝܬܐ .
ܠܘܩܕܡ ܡܢ ܚܘܒܐ ܕܩܫܝܘܬ ܩܕܠܐ . ܘܫܪܟܐ ܗܘܐ ܡܨܒܬ
ܒܟܠܗܝܢ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܘܡܕܒܪ ܗܘܐ ܒܚܟܡܬܐ .
ܘܐܦ ܐܒܘܓܐܒ ܒܪ ܣܒܘܢܝ ܡܢ ܕܐܬܐ ܫܘܡܠܝܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܐܘܪܗܝ . ܘܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܐܬܟܢܫܘ ܟܗܢܐ
ܠܩܘܒܪܗ . ܘܡܢ ܟܕ ܩܐܡ ܗܘܐ ܥܠ ܩܘܒܪܗ
ܠܗ ܘܐܬܛܥܝܢ ܠܩܠܝܬܗ . ܘܡܢ ܒܬܪ
ܗܕܐ ܚܠܡ ܘܐܙܠ ܠܟܢܘܫܝܐ
ܕܐܬܟܢܫ ܒܟܝܣܘܡ . ܘܟܕ ܡܛܐ
ܠܫܡܝܫܛ . ܢܦܠ ܡܢ ܪܟܫܐ . ܘܐܬܛܥܝܢ
ܠܐܘܪܗܝ ܘܗܦܟ . ܘܡܝܬ ܡܢ ܠܐ ܢܫܪܐ
ܡܢ ܚܪܡܐ .

ܒܙܒܢܗ ܕܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܫܬܪܝ ܒܢܝܢܐ ܕܕܝܪܐ ܕܦܣܩܝܢ .
ܣܒܐ ܓܝܪ ܪܒܐ ܕܡܬܩܪܐ ܦܠܘܛܝܢܘܣ ܕܐܬܐ ܡܢ ܐܬܪܐ
ܕܟܪܫܢܐ ܘܐܬܐܟܣܢ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ . ܦܩܕ ܠܪܒܢ ܕܘܝܕ ܘܠܚܒܪܘܗܝ
ܪܗܒܢܐ ܡܝܩܪܐ . ܕܡܬܐܟܣܢܝܢ ܗܘܘ
ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܐܒܚܝ . ܕܢܥܡܪܘܢ
ܒܡܥܪܬܐ ܕܥܠ ܫܦܬ ܦܪܬ . ܕܥܠ

Patriarchatum gesserat annos octo et triginta, consecraverat Dionysium seu Mosem maphrianum Tagriti et episcopos sexaginta quatuor.

Ille, quia valde dure regebat ecclesiam et quemlibet a se excommunicatum non nisi sero et ægre *censuris* solvebat, tremori erat et timori ecclesiæ filiis; ast, si obstinationis vitium excipias, virtutibus omnibus ornatus erat et prudenter se gerebat. Porro Abugabeb Barsabuni, cum obitus patriarchæ nuncium pervenisset Edessam et juxta legem ad ejus exsequias sacerdotes essent congregati, huic ceremoniæ pariter iuterfuit: cui dum adstabat, *infirmitate* correptus cecidit et ad cellam suam fuit delatus; postea tamen convaluit et perrexit ad synodum Chisumæ coactam; verum cum pervenisset Samosatam, cecidit ex equo, atque inde Edessam deportatus et reversus, mortuus est antequam suspensione absolveretur.

Tempore hujus Mar Athanasii patriarchæ cœpta est ædificatio monasterii Peskin; nimirum senex quidam magnus, *nomine* Palutianus, qui e Carsena regione[1] advenerat et in monasterio Mar Barsumæ hospitio utebatur, jussit Rabban Davidi ejusque sociis, religiosis venerabilibus in monasterio Mar Abhæi hospitantibus, ut in spelunca ad ripas Euphratis juxta

[1]) ܟܪܫܢܐ *Carschena*, seu *Carsena* ut scribit Assemanus, urbs Cyrresthicæ apud Mabugum seu Hierapolim, Armenis Ciliciæ regibus subjecta. Assem. *Diss. de Monophys.* 73.

ܢܥܡܪܘܢ ܕܗܘܐ ܚܪܝܒܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܫܡܝܫܛܝܐ.
ܡܛܠ ܕܐܬܓܠܝ ܠܗ ܡܢ ܡܪܝܐ.
ܕܡܥܪܬܐ ܗܝ ܡܝܩܪܬܐ ܕܬܗܘܐ ܠܥܘܡܪܐ
ܠܢܣܝܟܐ ܡܫܡܠܝܐ . ܘܣܠܩܘ ܠܗ
ܘܥܡܪܘܗ ܠܩܠܝܬܐ . ܘܐܫܬܘܝܘ ܠܓܠܝܢܐ
ܘܠܣܥܘܪܘܬ ܚܝܠܐ . ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܝܢ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܘܒܢܝ ܨܒܘܢܝ ܨܒܘ
ܕܢܚܪܡܘܢ ܠܣܒܐ ܦܠܘܛܝܢܐ ܘܠܕܝܪܝܐ
ܕܦܣܩܝܢ . ܐܝܟ ܕܗܪܣܝܣ ܕܡܨܠܝܢܐ
ܟܣܝܐ ܩܢܝܢ . ܘܕܡܢ ܕܝܘܐ ܓܠܝܢ ܠܗܘܢ
ܓܠܝܢܐ . ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܠܐ ܡܫܬܠܡ ܠܗܘܢ .
ܩܡ ܚܠܦ ܪܒܢ ܕܘܝܕ ܪܒܢ ܚܒܩܘܩ
ܪܝܫܕܝܪܐ . ܘܒܢܐ ܠܗܝܟܠܐ ܘܐܪܡܝ ܠܩܢܘܢܐ
ܕܣܡ ܪܒܢ ܕܘܝܕ ܕܠܐ ܢܦܠܚܘܢ ܟܪܡܐ ܘܠܐ
ܚܩܠܐ ܘܠܐ ܟܘܪ̈ܐ ܕܕܒܘܪܝܬܐ .

monasterium destructum, Samosatenorum dictum, habitarent, eo quod sibi a Domino revelatum fuerat speluncam illam venerabilibus ascetis in monasterium futuram. Itaque ad illam ascenderunt et habitarunt in cella, ibique digni habiti sunt revelationibus et virtute patrandi miracula. Dionysius autem Melitinæ et filii Sabuni excommunicare volebant senem Palutianum et monachos Peskinenses, ut qui hæresi Messalianorum secreto essent addicti ac revelationes acciperent a dæmonibus; patriarcha vero eis non assentiebatur. Porro Rabban Davidi successit Rabban Habacuc archimandrita, isque templum ædificavit et canones a Rabban Davide positos observandos curavit, ne vineam, agrum aut alvearia apum excolerent.

ܒܬܪ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܗܘ ܐܒܘܠܦܪܓ،
ܝܘܚܢܢ ܕܗܘ ܡܥܕܢܝܐ.

88. *Post Athanasium Abulpharagium*, JOANNES *Maudiana dictus.*

ܗܝܕܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܡܦܪܝܢܐ ܘܐܦܣܩ̈ܦܐ
ܠܟܝܣܘܡ . ܘܪܡܘ ܦܣ̈ܐ . ܘܢܦܩܬ
ܦܣܬܐ ܠܡܥܕܢܝܐ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܕܘܝܪܐ
ܕܒܬܚܘܡ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܒܗܘܢ ܒܙܒܢܐ
ܢܚ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܟܝܣܘܡ ܕܗܘ ܗܘܐ
ܪܝܫ ܣܘܢܗܕܘܣ . ܘܐܙܠܘ ܟܠܗܘܢ ܐܦܣܩ̈ܦ
ܥܡ ܡܦܪܝܢܐ ܠܬܠܒܫܪ . ܘܒܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܕܓܘܣܠܝܢ ܕܗܘ ܗܘܐ ܫܠܝܛܐ ܥܠܝܗܘܢ .

Eo tempore maphrianus et episcopi Chisumam convenerunt, et missis sortibus electio favit Maudianæ, monasterii Duair in territorio Antiocheno archimandritæ. Sub id tempus obiit Dionysius Chisumæ, synodi præses, omnesque episcopi una cum maphriano concesserunt in Telbascher[1], ubi opera Goscelini, cujus suberant dominio, locum habuit ordinatio Mau-

[1]) ܬܠܒܫܪ *Tel-Bascher*, vel ut Assemanus scribit *Tel Buser*, castrum ad ripam *Sajur* fluvii aquis hortisque abundans, in via quæ ab Alepo ducit Edessam, inter Alepum, a qua duabus mansionibus distat, et Euphraten. Guillelmus Tyrius (lib. VII, c. 5 et passim) hoc castrum *Turbessel* appellat. Cfr. Ritter, *Erdkunde*, West-Asien, theil. X, 1033.

ܘܐܬܟܪܙ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܬܩܪܝ ܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܒܫܒܥܣܪ ܒܫܒܛ ܫܢܬ ܐܬܡ.
ܘܣܡܗ ܠܐܝܕܗ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ
ܒܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ. ܟܕ ܓܘܣܠܝܢ
ܘܪܘܪ̈ܒܢܘܗܝ ܩܝܡܝܢ ܒܬܫܡܫܬܐ.
ܘܟܕ ܐܬܟܪܙ ܗܘ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ.
ܐܬܐ ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܘܠܝܘܚܢܢ
ܕܟܕ ܥܒܪ ܒܡܒܘܓ ܠܐ ܩܒܠܗ ܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܕܗܘ ܒܪ ܐܢܕܪܐܘܣ. ܟܢܫ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ
ܘܫܪܝܗ. ܘܟܠ ܐܢܫ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܗܕܐ
ܥܠܬܐ ܠܐ ܫܘܝܐ ܗܘܬ ܠܫܪܝܘܬܐ. ܐܠܐ
ܠܟܘܣܢܐ ܒܠܚܘܕ ܘܠܬܘܪܨܐ. ܗܘ ܕܝܢ
ܒܪ ܐܢܕܪܐܘܣ ܡܢ ܦܪܙܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ. ܘܡܝܬܪ ܗܘܐ ܒܝ̈ܘܠܦܢܐ. ܘܡܫܟܚܢܐ
ܒܡܠܬܐ. ܘܪܗܛܐ ܒܠܫܢܐ ܕܝܠܢ ܘܕܗܘܢ
ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ. ܘܐܝܟ ܕܒܫܪܪܐ ܠܟܠܗ ܕܫܘܐ ܗܘ.
ܐܝܟ ܡܚܙܝܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܗܘܐ ܘܦܘܡܐ ܡܠܝܠܐ
ܠܘܩܒܠ ܦܪ̈ܢܓܝܐ ܘܐܪ̈ܡܢܝܐ. ܒܪܡ ܕܡܢ
ܒܣܪ ܕܐܫܥܒ ܒܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܠܐ ܚܕ
ܐܬܛܦܝܣ ܕܢܫܐܠ ܫܘܒܩܢܐ. ܥܠ ܟܠܗܘܢ
ܡܬܚܣܕ ܗܘܐ. ܣܒܪ ܗܘܐ ܓܝܪ ܕܟܕ ܢܦܩ
ܡܢ ܡܪܥܝܬܐ، ܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܥܕܬܐ ܘܐܦ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ ܐܠܨܘܬܐ ܕܥ̈ܡܡܐ ܒܥܘܬܐ
ܡܬܟܫܦܝܢ ܠܗ ܕܢܦܢܐ ܠܪܥܘܬܐ. ܐܠܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܟܕ ܠܐ ܒܥܐ، ܐܩܝܡ ܚܠܦܘܗܝ
ܠܒܪ ܬܘܪܟܐ. ܘܗܘܐ ܒܗ ܒܡܒܘܓ
ܬܠܬ ܫܢܝܢ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܚܒܠܝܢ
ܕܘܒܪ̈ܘܗܝ. ܐܬܬܘܝ. ܘܐܦ ܒܪ ܐܢܕܪܐܘܣ ܟܕ
ܚܙܐ ܕܠܝܬ ܐܢܫ ܕܝܨܝܦ ܠܗ ܝܬܝܪܐܝܬ
ܐܬܬܘܝ. ܘܫܐܠ ܫܘܒܩܢܐ.

dianæ, imposito ei Mar Joannis nomine, dic nempe decimo septimo mensis Schebat *(Februarii)* anni 1440 *(Chr.* 1129). Manum illi imposuit Dionysius maphrianus in ecclesia magna Francorum, Goscelino ejusque optimatibus ceremoniæ adstantibus. Patriarcha porro consecratus Mar Joannes ad cœnobium Mar Barsumæ venit, et Mar Joannem cognomine Barandream, quod ipsum per Mabugum transeuntem non exceperat, coram congregatis episcopis deposuit, quamvis dicerent omnes eum ob hujusmodi causam non depositionem mereri, sed tantummodo reprehensionem et correctionem. Barandreas iste erat ex urbe Pharzamana oriundus, in scientiis versatissimus et potens in verbo, nostræ ac Armenorum linguæ peritus, ita ut revera æqualibus suis omnibus factus fuerit speculum atque contra Francos et Armenos os eloquentissimum. Verumtamen, quia patriarcham contempserat quin ullo modo ad petendam veniam posset induci, apud omnes reprehendebatur; sperabat quippe fore ut, ubi diœcesi exiisset, diœcesani sui omnes et patriarcha, populorum postulatione coacti, ipsius reditum ad officium pastorale supplices ab ipso peterent. At patriarcha, nil tale petens, illi suffecit Barturcam, qui Mabugi tribus annis sedit; cum vero vidisset hujus mores esse corruptos, *ejus rei* patriarcham pœnituit; Barandream autem, quia neminem de re esse sollicitum videbat, magis adhuc pœnituit. Itaque veniam petiit, et patriarcha maximo cum gaudio rece-

ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܚܣܝ ܠܗ ܚܛܗ ܘܩܒܠܗ
ܘܢܫܩܗ · ܘܫܠܡܗ ܠܟܘܪܣܝܗ . ܐܦ
ܒܣܝܠܝܘܣ ܕܟܝܣܘܡ ܕܗܘ ܒܪ ܫܘܡܢܐ ·
ܟܕ ܐܬܟܪܝ ܒܪ ܐܢܕܪܐܘܣ ܐܬܬܢܝܚ .
ܐܡܪ ܕܠܐ ܒܢܡܘܣܐ ܡܬܕܒܪܢܝܢ
ܨܒܘܬܐ ܥܕܬܢܝܬܐ . ܘܐܫܬܒܩ ܡܢ ܪܥܝܘܬܐ .
ܘܐܙܠ ܠܕܝܪܐ ܕܦܣܩܝܢ . ܘܝܬܒ
ܫܠܝ ܒܫܠܝܐ . ܘܥܒܕܗ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܟܝܣܘܡ ܡܛܪܢܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܚܠܦ
ܐܡܝܕ . ܘܐܬܬܣܝܡ ܒܣܝܠܝܘܣ ܠܐܡܝܕ .
ܘܟܕ ܗܦܟ ܒܪ ܐܢܕܪܐܘܣ ܠܡܒܘܓ .
ܐܗܦܟ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܦ ܠܒܪ ܫܘܡܢܐ ܠܟܝܣܘܡ .
ܒܬܪ ܕܐܬܬܢܝ ܚܡܫ ܫܢܝܢ ܒܦܣܩܝܢ .

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܓܪܝܓܘܪ[1] ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܐܪܡܢܝܐ
ܡܐܡܪܐ ܥܒܕ ܘܨܚܐ ܒܗ ܠܣܘܪܝܝܐ . ܥܠ
ܕܒܚܕܐ ܨܒܥܐ ܪܫܡܝܢ ܨܠܝܒܐ[2] . ܘܥܠ
ܚܡܝܪܐ[3] . ܘܥܠ ܕܡܩܪܒܝܢ ܠܚܡܪܐ

pit eum eique condonavit. Jam vero Basilius Chisumæ, cognomine Barschumana, depositionem Barandreæ indigne ferens, quasi *ita* illegitime ecclesiæ negotia regerentur, officio pastorali abdicato, ad monasterium Peskinense secesserat ibique in quiete degebat; hinc patriarcha loco Amidæ Chisumam in sedem patriarchalem constituerat et Basilius ordinatus fuerat Amidæ; quando vero Barandreas reversus est Mabugum, patriarcha Basilium quoque reduxit Chisumam, postquam quinquennio moratus esset in Peskin.

Eadem tempestate, Gregorius[1] catholicus Armenorum tractatum composuit, in quo vituperabat Syros, quod unico digito crucem signarent[2], propter fermentum[3], et quod vinum,

1) ܟܪܝܟܘܪ *Krikur* loco ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ *Gregorius*.

2) Cfr. supra col. 427-428.

3) Armeoi, sicut et Syri Maronitæ in sacrificio Missæ paoe azymo utuutur; Jocobitæ vero in pane fermeotato, cui sal et olenm admiscent, Eucharistiam coofieiuot. Syros tamen olim azymo usos fuisse colligitor ex *Epistola* S. Rabulæ Edesseni ad Gamalinom ap. Overbeck (*Ephræmi Syri aliorumque opera selecta*, Oxooii, 1865, p. 232). Io ea sanctus ille episcopus agens contra abusus io regione Perrhorum exortos circa Eucharistiam scribit : ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܡܢܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܠܩܨܝܐ ܠܗ ܒܡܥܒܕܢܘܬܐ ܡܚܡܥܝܢ ܠܗ . ܘܒܡܬܒܠܢܘܬܐ ܡܬܒܠܝܢ ܠܗ . ܘܒܡܛܒܚܢܘܬܐ ܡܒܫܠܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܐܟܘܠܬܐ . ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܐܪܙܐ ܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܒܦܛܝܪܐ ܡܬܚܙܐ (Asseman. ܡܬܐܟܠ) « Eapropter buccellam (xotbam), *quam ipsi conficiebant, diu fermentabant et data opera condiebant atque diligenter coquebant, ut fieret eis in cibum potius quam in mysterium corporis Christi quod* AZYMIS *symbolice notatur* (Assem. : *quod in azymis manducatur*). » Hæc epistola refertur in *Historia miscellanea* edita a Land (*Analecta syriaca*, t. III, p. 316). Eam pariter refert ex Joanne Asiæ Dionysius, Jacobitarum patriarcba, io *Chronico* apod Assem. (*Bibl. Or.*, I, 409). — Usus panis azymi etiam commeodatur io *Expositione Ministerii oblationis D. Jacobi*, c. XVI-XIX. ap. Al. Assem. *Codex Liturgg.*, t. V. Disputatur quidem cujusnam, an Joaoois Maronis vel Diooysii Barsalibæi Jacobitæ, sit opus hæc expositio; valet autem io præsenti casu testimonium, quæcumque admittatur senteotia, nisi fortasse locus fuerit a recentiori maou depravatus. Præter fermeotum Syri Jacobitæ, inde saltem a temporibus potriarcbæ Joannis Abdan (vid. *supra*, col

ܘܕܒܫܐ ܘܡܫܚܐ ܕܢܦܠ ܒܗܘܢ ܥܘܩܒܪܐ.
ܘܐܟܠܝܢ ܠܗܘܢ ܘܫܬܝܢ. ܘܐܬܢܦܩ ܗܘ
ܡܐܡܪܐ ܠܕܝܪܐ ܕܐܪܡܢܝܐ ܕܒܩܝܠܝܩܝܐ
ܕܡܬܩܪܐ ܛܪܙܪܓ. ܘܟܕ ܫܡܥ ܒܪ
ܐܢܕܪܐܣ ܕܡܩܪܝܢ ܦܪܝܢ ܗܘ ܕܝܪܝܐ
ܐܪܡܢܝܐ ܘܡܓܚܟܝܢ ܒܣܘܪܝܝܐ. ܐܬܛܢܢ
ܘܫܚܠܦ ܐܣܟܡܗ. ܘܐܙܠ ܠܗܢ ܕܝܪܐ
ܕܐܪܡܢܝܐ. ܘܝܬܒ ܠܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܚܕ
ܡܢܗܘܢ. ܘܟܬܒ ܚܪܢܐ ܠܡܐܡܪܐ ܗܘ
ܒܛܘܫܝܐ. ܟܕ ܡܨܚܟ ܒܐܪܡܢܝܐ ܕܝܗܘܕܐܝܬ
ܡܬܕܒܪܝܢ. ܘܐܘܕܥܗ ܠܡܐܡܪܐ ܒܝܬ
ܟܬܒܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܣܝܡܗ. ܘܒܬܪ ܡܘܥܕܐ
ܐܫܟܚܘܗ ܘܫܕܪܘܗ ܠܘܬ ܩܬܘܠܝܩܐ.
ܘܐܘܕܥܘܗ ܠܗ ܐܦܪܣܐ ܕܥܒܕ ܠܗܘܢ
ܣܘܪܝܝܐ ܗܘ. ܘܩܬܘܠܝܩܐ ܐܘܩܕ
ܠܬܪܝܗܘܢ ܡܐܡܪܐ ܒܢܘܪ. ܠܗܘ ܕܝܠܗ
ܘܠܗܘ ܕܒܪ ܐܢܕܪܐܣ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܢܝ ܐܝܘܐܢܢܝܣ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܕܗܘ ܐܠܝܫܥ. ܘܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ ܗܝܕܝܢ ܕܐܝܟ ܣܦܪܘܬܐ ܕܥܕܬܢܘܬܐ.
ܒܐܣܝܠܝܘܣ ܓܝܚܘܢܝܐ. ܓܒܪܐ ܡܨܝܕܢܐ.
ܡܛܠ ܐܠܐ ܕܡܟܬܒܢܘܬܐ. ܘܐܦ ܕܥܕܬܢܝܐ

mel et oleum, in quæ mus incidisset, adhibita benedictione manducarent ac biberent. Tractatus iste illatus fuit in cœnobium Armenorum in Cilicia situm, quod Trazarcg appellant; cum vero audisset Barandreas monachos Armenos assidue hunc tractatum perlegere et Syris irridere, zelo abreptus et mutato habitu, perrexit ad istud Armenorum monasterium, ibique tanquam unus ex illis demoratus, præfati tractatus confutationem clanculo conscripsit, Armenis illudens quod judaice[1] conversarentur, atque hunc suum tractatum apud ipsos inter eorum libros deposuit. Elapso inde aliquo tempore libellum repererunt et catholico transmiserunt, denunciata ei fraude qua cum ipsis Syrus iste usus erat. Catholicus autem utrumque tractatum flammis tradidit, suum, inquam, et illum Barandreæ.

Circa idem tempus obiit Joannes *episcopus* Melitinæ, qui et Elisæus. Erat autem tunc ob suam artis scribendi et ecclesiasticæ administrationis peritiam in cella patriarchæ assiduus Basilius Gihonensis, vir astutus a quo patriarcha pro simplicitate sua per-

427-428), vel ut vult Abrahamus Ecchellensis apud Renaudotium (*Liturgg. Orientt.*, t. I, 174, et t. II, 64) iude a tempore Jacobi Baradæi, pani eucharistico sal et oleum admiscent, quud faciunt etiam Nestoriani, secus vero Coptitæ. Cfr. Assemanus, *Bibl. Orient.*, III, pars I, 239-240.

[1]) Id est, quod ritibus uterentur judaicis. Voluerit Jacobita Armenis vitio vertere quod iu sacrificio, more Judæorum, azymum panem adhiberent, præsertim vero quod vinum, a mure pollutum, ut immundum haberent, sicut Judæi quibus, juxta *Levit.* XI, immundum erat quidquid tactu animalis immundi, qualis erat mus, pollutum erat. Revera inter canones Armenorum in Maï *Scriptorum vett. nova collectione*, t. X, editos canon 31 qui Nersecti tribuitur prohibet ne Armeni vinum a mure fœdatum bibant: « *qui vinum a mure pollutum biberit, quadraginta diebus in pænitentia degat.* » — Abusus prætterea plures, Judaismum redolentes, apud Armenos damnavit synodus quini sexta, ut videre est apud Galanum, *Conciliatio ecclesiæ Armenæ cum Romana*, tom. I, pp. 206 sqq.

tractus fuit in consilium iniquum : cum enim ille Melitinæ dominari cuperet, omnes qui ordinationi proponebantur removebat, atque ita *factum est ut* Melitina tribus annis absque pastore remanserit. Tum Melitinenses unanimi consensu Rabban Josue diaconum, concivem suum, cognomine Barketreh, scripto patriarchæ proposuerunt; sed Gihonensis iste, invidia peresus, effecit ut patriarcha dura anathemata adversus Josuam scriberet; cum deinde anathematum libellus e suggestu praelectus esset, accessit egregius ille senex Rabban Josue diaconus, idem, inquam, qui postea factus est patriarcha, et dixit quod se cuicumque pœnæ a beato *patriarcha* latæ submitteret. Atque inde in domum suam secessit. Quod cum patriarcha rescivit, ejus humilitatem laudavit et illico ei communionis preces scripto transmisit. Hinc sedatum est Melitinense illud negotium, usque ad obitum patriarchæ, *qui contigit* mense Elul *(Septembri)* anni 1448 *(Chr.* 1137) in monasterio Duair, in quo sanctum ejus corpus conditum fuit. Patriarchali munere functus est annos octo, et duodecim ordinavit episcopos.

89. *Post Mar Joannem Maudianum*, ATHANASIUS, *alio nomine Josue Bar Ketreh.*

Postquam ecclesia nostra orthodoxorum anno uno et tribus mensibus absque summo pontifice remansisset, episcopi seniores mutuas ad

ܟܬܒܘ ܚܕ ܘܡܬܢܨܚܝܢ ܥܠ ܟܢܘܫܝܐ .
ܘܟܕ ܐܬܟܢܫܘ ܡܢ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܗܘ ܕܓܪܓܪ .
ܘܗܘ ܕܣܡܚܐ . ܘܗܘ ܕܩܠܘܕܝܐ . ܘܗܘ ܕܓܝܚܘܢ .
ܕܒܬܪ ܫܘܢܝܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܟܬܒ ܗܘ ܠܗ
ܦܘܩܕܢܐ . ܘܚܬܡܗ ܒܛܒܥܬܐ ܕܦܛܪܝܪ̈ .
ܘܛܪܘܢܐܝܬ ܐܬܕܒܪ ܥܠ ܡܠܝܛܝܢܐ .
ܗܠܝܢ ܐܪܒܥܐ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܪܡܝܘ ܦܣ̈ܐ
ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ . ܘܟܬܒܘ ܫܡܐ ܕܪܒܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܬܩܪܐ ܩܛܪܗ . ܘܕܬܪܝܢ ܐܚܪ̈ܢܐ . ܘܟܕ
ܢܦܩ ܫܡܐ ܕܗܢܐ ܕܝܫܘܥ . ܫܕܪܘ ܬܪܝܢ
ܐܦܝ̈ܣ . ܠܘܬܗ ܘܐܝܬܝܘܗܝ ܠܕܝܪܐ ܕܡܩܪܘܢܐ .
ܘܠܒܫܘܗܝ ܐܣܟܡܐ ܕܕܝܪܝܘܬܐ . ܘܐܦ
ܠܗܘܢ ܛܒܐ ܕܡܦܪܝܢܐ ܡܛܝܗ ܠܐܡܝܕ .
ܘܐܫܬܕܠ ܗ̇ܘ ܫܠܝܛܐ ܠܗܘܢ ܕܒܡܕܝܢܬܗ
ܢܬܟܢܫܘܢ . ܘܢܦܩܘ ܐܦܝ̈ܣ ܘܫܩܠܘܗܝ
ܠܓܒܝܐ ܘܐܬܘ ܠܕܝܪܐ ܕܩܢܩܪܬ . ܘܬܡܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܓܪܓܪ ܐܩܝܡܗ ܩܫܝܫܐ . ܘܥܠܘ ܠܐܡܝܕ .
ܘܗܘܐ ܬܡܢ ܡܛܠܬܗ ܕܟܢܘܫܝܐ ܕܡܕܢܚܐ .
ܘܫܡܥܘܢ ܕܝܠܗ ܡܦܪܝܢܐ ܕܒܬܪܟܢ ܘܡܕܢܚܐ .
ܒܡܠܬܐ ܕܦܛܪܝܪ̈ ܕܒܩܘܕܫܐ . ܗܢܐ ܐܝܟ .

invicem litteras scripserunt, solliciti de synodo *congreganda*. Quum igitur e præsulibus advenissent Gargarensis[1], Semahanus[2], Claudianus[3], et Gihonensis[4] qui post patriarchæ obitum sibi litteras institutionis conscripserat easque patriarchæ sigillo obsignaverat atque ita Melitinæ tyrannice dominatus est. Porro quatuor illi seorsum sortes miserunt, ut ipsi dixerunt, scriptis Rabban Josue diaconi, Ketreh dicti, et aliorum duorum nominibus; cumque nomen istius Josue exiisset, eumdem duobus ad eum ablegatis episcopis ad cœnobium Macronæ adduxerunt ac monachatus habitu induerunt. Interim nuntium ad illos delatum est maphrianum advenisse Amidam, et præfectum eos rogare ut in civitate ipsius convenirent: idcirco episcopi profecti sunt et assumpto secum electo pervenerunt ad cœnobium Cancratæ, ubi illum præsul Gargarensis presbyterum ordinavit; porro Amidam ingressi sunt, atque ibi locum habuit ejusdem con-

1) ܓܪܓܪ *Gargar*, *Carcar* apud Abulfeda, *Gerger* in Petermanni tabula geographica, castrum tunc temporis munitissimum simul et sedes episcopalis, in monte ad occasum Euphratis inter flumen et Caehtam, a qua itinere trium horarum distat. Gargar hodie possidet circiter 150 Kurdorum familias et 25 Armenorum domus. Porro situm est oppidum Caehta ad meridiem Melitinæ a qua distat bidui itinere, Cfr. Assemanus, *Diss. de Monophys.*, 81; Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, theil X, 869, sqq.

2) ܣܡܚܐ « *Semha* seu *Semaha*, una ex septem diœcesibus quas Barhebræus circa Melitinam positas suaque ætate desolatas affirmat. » Assemanus, *Diss. de Monoph.*, 109.

3) ܩܠܘܕܝܐ *Claudia*, unus ex septem episcopatibus qui circa Melitinam, Armeniæ minoris urbem, sunt. Ejus situs hucusque non satis innotescit. Cfr. supra col. 142 et Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, theil X, 831, 884.

4) ܓܝܚܘܢ *Gihon* (mendose ܓܝܚܘܢ scribit Burns in 1 parte hujus Chronici) sedes episcopalis in regione quæ a Gihone fluvio nomen accipit. Gihon autem seu *Jaihun* vel *Dschihun* flumen est Ciliciam alluens quod antiqui Pyramum vocarunt. Cfr. supra 416, not. 3, et Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, theil X, 839, 848.

ܘܣܡ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܕܐ ܗܘ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܡܦܪܝܢܐ . ܟܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܘܬܗ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ
ܬܪܥܣܪ . ܘܐܬܩܪܝ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܗܘ ܡܘܝܕ ܐܠܕܝܢ
ܒܪ ܢܝܣܢ ܡܕܒܪܢܗ ܕܐܡܝܕ . ܥܒܕ ܫܘܪܘܬܐ
ܠܟܠܗ ܣܘܢܗܕܘܣ . ܘܒܝܘܡܐ ܕܒܬܪ
ܗܘ ܦܛܪܝܪܟ ܕܢܦܘܩ ܪܝܫܐ ܕܓܝܚܘܢ ܡܢ
ܡܠܝܛܝܢܝ ܘܢܐܙܠ ܠܡܪܥܝܬܗ . ܘܠܒܣܝܠܝܘܣ
ܓܝܚܘܢܝܘܣ ܡܢ ܐܡܝܕ . ܘܝܗܒ ܠܗ
ܩܠܥܗ ܕܓܥܒܪ . ܡܛܠ ܕܬܦܘܫ ܐܡܝܕ
ܟܘܪܣܝܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬܘܗ̇
ܗܘܬ ܡܢ ܩܕܝܡ . ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܢܦܩܘ ܟܫ̈ܠܐ
ܒܝ̈ܫܐ ܒܥܕܬܐ . ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܒܣܝܠܝܘܣ
ܓܝܚܘܢܝ . ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܕܠܐ
ܒܦܣ̈ܝܣܐ ܕܢܝܫܐ ܫܪܝܪܐ ܗܘܝܬ
ܦܛܪܝܪܟ . ܐܠܐ ܒܕ̈ܓܠܘܬܐ ܘܒܢܟܠܐ . ܘܐܡܪ
ܗܘܐ ܕܡܛܠ ܗܘ̇ ܕܐܛܥܝܗ ܓܪܓܪܝܐ ܗܘ . ܘܝܡܐ
ܠܗ ܕܠܐ ܢܦܩ ܠܗ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ .
ܡܛܠܗܢܐ ܥܒܕ ܗܟܢܐ . ܘܟܬܒ ܒܬܠܬܝܗܘܢ
ܦܬ̈ܩܐ ܫܡ ܚܕܐ . ܘܟܕ ܐܫܬܡܥܬ ܗܕܐ ܛܒܐ .
ܐܬܟܫܠܘ ܟܠܢܫ . ܘܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܕܡܥܪ̈ܒܝ ܦܪܬ .
ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܫܬܘܬܦܘ ܒܓܒܝܬܐ ܘܐܦܠܐ
ܒܣܝܡܘܬ ܐܝܕܐ . ܠܐ ܦܛܪܝܪܟ ܗܘܘ ܩܥܝܢ .
ܐܠܐ ܐܬܛܝܒܘ ܕܐܚܪܢܐ ܢܩܝܡܘܢ . ܦܛܪܝܪܟ ܕܝܢ
ܢܦܩ ܡܢ ܐܡܝܕ . ܘܐܬܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܪܕܝܢ

secratio, die dominica, quarta Conun priöris *(Decembris)* in festo sanctæ Barbaræ, anno 1450 (*Chr.* 1138), manum ei imponente Mar Dionysio maphriano, assistentibus huic episcopis duodecim, et proclamatus est Mar Athanasius patriarcha Antiochiæ. Eadem die Mujed Aladin[1] Bar Nisan, Amidæ princeps, universæ synodo convivium paravit; postridie autem patriarcha jussit ut præsul Gihonensis, Melitina relicta, ad diœcesim ipsius reverteretur, utque Basilius, cui castrum Giaabar[2] adjudicavit, exiret Amida in sedem patriarchae remansura, quemadmodum fuerat olim. Hinc scandala pessima proruperunt in ecclesia. Quippe Basilius Gihonensis ad patriarcham ita locutus est : « tu nequaquam electione sortium sincera factus es patriarcha, sed mendacio et nequitia; » addebatque se ab *episcopo* Gargarensi fuisse deceptum, atque ob hujus juramentum, se nempe Melitina haud expulsum iri, inique egisse, scripsisseque in tribus schedis nomen unum. Percrebescente ergo hujusmodi rumore, scandalizati sunt omnes; et præsules quidem occidentalium Euphratis partium, quia neque electioni neque ordinationi interfuerant, nedum patriarcham proclamarent, parati erant ad alium constituendum. Patriarcha

[1]) Moajedoddinus ap. Assemanum, *Bibl. Or.*, II, 361.

[2]) ܩܠܥܗ ܓܥܒܪ *Kala Giaabar*, hoc est *arx* seu *castellum Giaabar*, scribitur *Kalat Giabar*, *Kalaat Jaber*, *Kalaat Jaffer*, *Il Djabar*. Vocabatur olim *Dusaria*. Situm est istud castrum ad Euphraten inter Balim, a qua itinere duodecim horarum distat, et Rakkam seu Callinicum. Cfr. Assemanus, *Dissert. de Monophys.*, 83; Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, theil X, 13, 1003, 1020, 1023, 1074-1079.

ܒܪܨܘܡܐ . ܘܐܣܡܟ ܠܬܐܘܕܘܪܘܣ ܒܪ
ܚܬܗ ܡܝܛܪܘ ܠܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܐܬܩܪܝ
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ . ܘܐܣܡܟ ܐܦ ܠܪܘܡܢܘܣ
ܕܐܬܩܪܝ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܐܘܪܫܠܡܝܐ .
ܒܪܡ ܡܠܝܛܘܬܗ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ ܗܘܐ .
ܘܐܬܩܪܝ ܐܦ ܗܘ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ .

ܘܒܫܢܬ ܐܫܢܒ ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܡܥܪܒܝܐ ܥܡ ܒܪ ܐܢܕܪܐܘܣ ܘܒܪ ܫܘܡܢܐ
ܘܐܚܪܢܐ ܠܚܨܢܡܢܨܘܪ . ܘܟܬܒܘ ܦܢܩܝܬܐ
ܕܩܢܘܢܐ ܘܫܕܪܘ ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܕܐܢ ܥܠ
ܬܢܐܝܢ ܗܠܝܢ ܡܩܒܠܝܢ ܠܗ . ܘܟܕ
ܐܫܬܘܝ ܕܢܛܪ . ܐܬܘ ܠܘܬܗ ܠܥܘܡܪܐ .
ܘܐܪܡܝܘ ܚܬܡܝܗܘܢ ܒܣܘܣܛܛܝܩܘܢ
ܕܝܠܗ . ܘܗܘܬ ܫܝܢܐ . ܘܐܬܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܘܝܗܒ ܫܠܡܐ ܠܡܠܟ ܡܚܡܕ .
ܘܝܬܒ ܒܥܕܬܐ ܕܡܪܝ ܡܡܐܣ . ܘܩܕܫ
ܡܘܪܘܢ ܒܥܕܬܐ ܕܒܬܐ . ܘܐܙܠ ܠܥܘܡܪܐ

autem Amida profectus perrexit ad cœnobium Mar Barsumæ, ordinavitque Theodorum, sororis suæ filium, Melitinæ metropolitam, qui dictus est Ignatius; ordinavit etiam Hierosolymis Romanum, e monasterio Hierosolymitano quidem evocatum, sed genere Melitinensem; is pariter appellatus fuit Ignatius.

Porro anno 1452 *(Chr.* 1141) convenerunt episcopi occidentales cum Barandrea, Barschumana et aliis in Hesenmansur, scripseruntque volumen canonum ac patriarchæ denuntiarunt ipsum si illos servaret, a se receptum iri : quorum custodiam cum spopondisset, eum in cœnobio adierunt et consensum suum ejus systaticis[1] litteris adjecerunt. Tunc pax inita est : patriarcha Melitinam concessit et Melek Muhammed *salutatum* adiit. Sedem suam fixit in ecclesia Mar Mamas ac chrisma consecravit in ecclesia

1) ܣܘܣܛܛܝܩܘܢ, συστατικόν, *systaticum*, a voce σύστασις. Est autem σύστασις, juxta Suidam in *Thesauro eccles.* « constitutio qua duo vel plores simul stant consentiunt vel conspirant. » Porro nomine συστατικῆς scilicet ἐπιστολῆς apud Renaudot, *Liturgg. orientt.*, I, 367, et apud Denzinger, *Ritus orientt.*, II, 37, 50, 54, designantur litteræ electionis et consecrationis patriarchæ Alexandrini monophysitæ ejus fidei professionem continentes, quæ recitantur in ejus consecratione. Hisce subscribunt omnes episcopi qui electioni et consecrationi interfuerunt. Porro in præsenti loco sermonem esse de aliquo ejusmodi scripto et vox ipsa hic adhibita et unio quæ monophysitas Syros cum Ægyptiis constanter conjunxit dubitare non sinunt. Confirmatur hæc sententia e ritu ordinationis patriarchæ apud Syros Jacobitas. In illo enim rito de professione fidei a patriarcha emittenda hæc habentur : « *post lectionem Evangelii sedet præses synodi in sede sua, et episcopi* (qui debent esse duodecim), *unusquisque juxta gradum suum. Tunc episcopi adducunt ordinandum ad cornu altaris australe et jubente præside synodi legit tomum homologiæ quem sua manu conscripsit; tum tradit scriptum a se tomum præsidi synodi, ut custodiatur.* » Ista fidei professio in archivum ecclesiæ patriarchalis inferebatur ut ibi conservaretur. Vide Assemanum, *Diss. de Monophys.*, 40, et Denzinger, *Ritus orientt.*, II, 76, qui integram refert hanc fidei professionem. — Barhebræus in *Nomoc.*, part. I, c. VII, sect. 3, agens de «Chirotoniis pontificalibus» ait : « *si episcopus est ille qui ad honorem metropolitæ* (aut catholici aut patriarchæ) *offertur, per* SCRIPTA SYSTATICA *synodi perficitur dumtaxat, et non per secundam impositionem manus.* »

ܕܡܪܝ ܐܗܪܘܢ ܕܣܝܓܪܐ . ܘܝܗܒ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܫܘܠܛܢܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܕܢܕܒܪ ܠܐܡܝܕ .
ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܛܪܣܘܣ ܕܢܕܒܪ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ .

ܘܒܬܪ ܫܢܬܐ ܚܕܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ
ܒܒܓܕܕ ܫܢܝ . ܘܐܬܬܥܝܢ ܦܓܪܗ ܠܬܓܪܝܬ .
ܘܒܫܢܬ ܐܬܢܕ ܒܬܫܪܝܢ ܩܕܡ ܡܦܪܝܢܐ ܠܬܓܪܝܬ
ܐܬܬܣܝܡ ܠܥܙܪ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܝܢܬܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܪ̈ܝܫܐ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܛܝܒܝܢ
ܗܘܘ ܒܓܒܝܬܐ. ܟܕ ܐܬܘ ܒܬܪܟܢ ܢܣܝܢ
ܒܣܓܝ ܗܘܘ ܕܒܣܘܪܗܒܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܬܐ
ܡܦܪܝܢܐ ܘܡܕܢܚܝ̈ܐ ܘܫܠܝܘ ܠܚܪܝܢܐ ܟܕ
ܐܡܪܝܢ. ܕܡܢ ܩܕܡ ܒܗ ܠܗܢܐ ܗܘܝܢ
ܕܕܠܐ ܦܣ̈ܐ ܠܗ ܢܣܡܟܘܢ. ܘܐܬܝ̈ܢ ܬܘܒ
ܬܪܬܝܢ ܐܓܪ̈ܢ. ܚܕܐ ܡܢ ܐܝܚܝ̈ܕܝܐ ܕܡܕܒܪܐ
ܕܐܡܪܝܢ. ܐܢ ܡܝܟܐܝܠ ܐܬܓܒܝ. ܐܘܕܥܝܢ
ܕܠܗ ܢܟܪܙ. ܘܐܚܪܬܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܐܘܪܫܠܡ
ܕܐܡܪ. ܐܢܐ ܠܐ ܡܨܐ ܐܢܐ ܕܐܬܐ. ܗܘܐ ܗܪܟܐ
ܡܫܕܪܬܐ ܕܝܠܝ. ܕܠ ܠܡܝܟܐܝܠ ܕܒܥܘܡܪܐ
ܬܬܪܣܡܘܢ ܐܢܘܢ. ܐܦ ܠܕܢܚܐ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ
ܕܐܘܪܗܝ ܡܩܒܠ ܐܢܐ ܘܡܩܒܠ ܐܢܐ. ܠܐܚܪܢܐ
ܕܝܢ ܠܐ. ܘܐܢ ܣܛܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܬܪܝܢ
ܬܓܒܘܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܢܬܘܢ ܬܬܠܘܢ ܠܐܠܗܐ. ܘܟܕ
ܗܠܝܢ ܐܬܓܒܝܘ. ܐܡܪܘ ܗܢܘܢ ܕܡܬܚܪܝܢ
ܗܘܘ. ܕܐܦ ܚܢܢ ܠܗ ܒܥܝܢ ܗܘܝܢ ܡܛܠ
ܡܠܟܘܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܘܕܥܬܘܢ ܠܢ
ܕܢܬܠܐ ܒܓܒܝܬܐ ܐܬܟܫܠܢ.

ܘܟܕ ܐܫܬܘܝܘ ܟܠܗܘܢ. ܐܙܠܘ ܠܥܘܡܪܐ.
ܘܐܦܩܘܗܝ ܡܢ ܐܘܪܐ ܕܡܛܫܐ ܗܘܐ. ܗܘ
ܕܝܢ ܠܐ ܐܫܬܡܥ ܠܗܘܢ ܕܢܬܬܣܝܡ ܒܟܠܗܘܢ
ܕܢܬܟܘܢ ܦܘܩܕܢܐ ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܕܩܢܘܢܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ
ܩܕܝ̈ܫܐ. ܕܠܐ ܐܝܟ ܕܦܬܚܝܢ ܡܪܘܛܘܢܝܐ

litina, e familia Kindasi. Tum tres miserunt episcopos qui illum adducerent; at ipse aufugit ab episcopis seque abscondit iu loco tenebricoso, propterea quod dissidium inter eos exortum perceperat; etenim præsules qui electioni non interfuerunt cum ceteris, postqnam advenerant quod illi *nimia* festinatione processissent contendere cœperunt. Tum supervenerunt maphrianus et Orientales, qui contentionem sedarunt, dicendo se jam pridem in eo fuisse ut eumdem illum absque sortibus ordinarent. Pervenerunt præterea epistolæ duæ : una a monachis eremi dicentibus : « si Michaël electus fuerit, notum facimus nos eum proclamaturos; » altera ab antistite Hierosolymitano dicente : « ego venire quidem haud possum; ast hisce consensum meum transmitto ut vos Michaëlem cœnobii ordinetis, quamquam et Denham, Edessæ archidiaconum, pariter acceptum habeo et recipio, ast alium neminem; quod si præter duos alios alinm *quemquam* eligatis, vos ipsi *de hoc* Deo respondeatis! » Quibus prælectis, dixerunt illi qui prius contenderant : « nos etiam illum quærebamus, sed qnia nobis nuntium non miseratis ut electioni interesse possemus, fuimus offensi. »

Igitnr cum concordes essent omnes, perrexerunt ad cœnobium et illum e latibulo suo eduxerunt. Ipse tamen non prins assensus est quam circa seipsos decrevissent se juxta statuta canonum sanctorum patrum am-

ܒܫܘܚܕܐ . ܘܠܐ ܢܚܛܘܦ ܠܗ ܡܪܥܝܬܐ
ܕܐܚܪܢܐ . ܘܠܐ ܢܥܒܪ ܡܢ ܡܪܥܝܬܐ
ܠܡܪܥܝܬܐ ܘܐܢܫܝܢ ܡܢܗܘܢ ܡܬܚܪܝܢ
ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ. ܕܠܐ ܬܒܥܐ ܚܬܝܬܘܬܐ
ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ. ܐܠܐ ܐܚܘܣ ܥܠ ܡܚܝܠܘܬܗ ܕܕܪܐ.
ܘܡܬܚܡܨܝܢ ܗܘܘ ܕܢܫܬܐܠܘܢ ܐܦ ܡܢ
ܓܒܝܬܐ. ܥܕܡܐ ܕܒܚܡܬܐ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܕܗܘ ܒܪ ܨܠܝܒܝ. ܠܗ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܕܗܐ ܡܢ
ܫܢܝܐ ܕܣܓܝܐܐ . ܚܢܢ ܘܣܒ̈ܐ ܡܒܪ̈ܟܐ: ܒܕܝܢܐ
ܕܬܐܪܬܐ ܡܬܫܬܢܩܝܢ ܗܘܝܢ . ܘܬܘܒ ܡܬܟܢܫܝܢ
ܣܘܢܗܕܘܣ ܣܓܝ̈ܐܐ ܗܘܝ . ܡܛܠ ܬܘܪܨܐ
ܕܣܘܪ̈ܚܢܐ . ܘܠܐ ܐܬܬܩܢܘ ܥܝܕ̈ܐ ܕܐܬܥܩܪܘ .
ܗܫܐ ܕܡܪܝܐ ܐܥܝܪ ܛܢܢܐ ܒܠܒܗ ܕܗܢܐ
ܕܐܬܓܒܝ ܠܢ ܪܝܫܐ ܘܩܕܡ ܟܠܢ ܨܒܐ
ܠܬܘܪܨܐ ܕܩܢ̈ܘܢܐ ܡܝܩܪ . ܫܪܝܪܐܝܬ ܣܛܢܐ
ܕܠܐ ܫܠܡ ܗܘܐ ܐܝܬܘ . ܗܝܕܝܢ ܫܠܡܘ ܟܠܗܘܢ
ܘܚܬܡܘ . ܐܦ ܡܢ ܕܝܢ ܐܣܪܐ ܡܚܕܐ .

ܟܕ ܕܝܢ ܪܢܝܘ ܕܢܥܒܕܘܢ ܬܫܡܫܬܐ ܀ ܗܘܬ
ܚܪܝܢܐ ܥܠ ܣܝܡ ܐܝܕܐ . ܡܦܪܝܢܐ ܓܝܪ
ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܕܝܠܝ ܗܝ ܕܐܣܝܡ ܐܝܕܐ . ܐܝܟ
ܕܐܦ ܗܘ ܕܩܕܡܝ ܬܪܝܢ ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ ܐܣܝܡ .
ܘܦܛܪ̈ܝܪܟܐ ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ . ܕܠܐ ܐܠܐ
ܩܫܝܫܐ ܕܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܩܕܡܝܐ ܕܗܘ

bulaturos : ne scilicet ullus *sacram* ordinationem ob munera[1] conferret, ne quis ecclesiam sibi præter suam raperet vel ab uno grege transiret ad alium[2]. Quidam vero inter ipsos reluctabantur dicentes : „ noli hoc tempore summam religionem exigere, sed debilitati hujus generationis indulgeas; „ imo in eo fuerunt ut electionem retractarent, donec eos Mar Dionysius, alias Barsalibæus, indignabundus hunc in modum esset allocutus : „ jam a multis annis nos et piæ memoriæ senes conscientiæ judicio cruciamur, jamque iteratis vicibus synodi ad reformanda errata, quin abusus inveterati fuerint eradicati, habitæ sunt; nunc ergo cum Dominus cievit zelum in corde illius qui nobis in caput est electus, isque coram omnibus canonum restitutionem vult honorandam, re vera qui non acquiescit Satanas est! „ Tunc omnes consenserunt atque subscripserunt.

Quando vero de ordinatione ineunda cogitarunt, contentio exorta est circa manus impositionem. Dicebat quippe maphrianus : „ meum est imponere manum, sicuti etiam decessor meus duos patriarchas ordinavit; „ contra præsules occidentales aiebant : „ nequaquam; sed præsul senior qui

[1]) Canones quos Syri Jacobitæ recipiunt hoc diserte prohibent, ut constat ex ipso Barhebræo, *Nomocanon*, part. I, c. VII, sect. 2.

[2]) Translationes episcoporum prohibent eum canones Apostolorum, tum canon Nicænus 15 et canon Antioch. 21, quos a Syris omnibus receptos recitat Barhebræus in *Nomocanone*, part. I, cap. VII, sect. 1. Ipse tamen, supra col. 156-158, 458, plura hujusmodi translationum protulit exempla et in describenda ejus vita ostendimus, p. IX, Barhebræum a Gubensi diœcesi ad Lacabenam et ab hac ad Alepensem fuisse translatum. In decursu Chronici multa alia occurrent ejusmodi translationum exempla etiam post innovatam in hac synodo prohibitionem.

ܡܠܘܫܐ ܗܘ ܐܝܟܘ ܪܝܫ ܣܘܢܗܘܕܘܣ. ܘܠܗ ܡܙܕܪܕܩ ܣܝܡ ܐܝܕܐ. ܘܒܬܪ ܣܓܝܐܬܐ ܦܣܩܘ ܕܡܦܪܝܢܐ ܢܪܣܡ. ܘܟܕ ܣܐܡ ܐܝܕܐ ܢܩܘܡܘܢ ܠܘܬܗ ܬܪܥܣܪ. ܘܗܘ ܕܐܘܪܗܝ ܕܗܘ ܗܘܐ ܪܝܫ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܢܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ. ܘܗܘ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܢܩܪܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܘܒܪܨܠܝܒܝ ܩܪܝܢܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܗܘ ܕܟܝܫܘܡ ܢܟܪܙ ܛܝܒܘܬܐ ܘܣܒܐ ܕܓܝܚܘܢ ܘܗܘ ܕܓܘܒܘܣ ܢܐܡܪܘܢ ܨܠܘܬܐ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܐܚܪܢܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܡܢܝܢܐ ܬܠܬܝܢ ܘܬܪܝܢ. ܘܫܡܠܝܘ ܠܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ ܒܬܠܬܐ ܒܫܒܐ ܒܬܡܢܥܣܪ ܒܬܫܪܝܢ ܩܕܡ. ܕܫܢܬ ܐܦܥܚ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ.

ܗܝܕܝܢ ܟܬܒ ܦܛܪܝܪܟܐ ܟܪܟܐ ܕܡܘܕܝܢܘܬܐ ܠܬܪܝܨܘܬ ܫܘܒܚܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܒܝܕ ܬܠܬܐ ܕܝܪ̈ܝܐ. ܘܫܕܪ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܥܕ̈ܬܐ ܕܬܪ̈ܝܨܝ ܫܘܒܚܐ. ܕܐܦ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܢ ܕܢܬܩܝܡ ܡܚܕܐ ܢܫܕܪ ܠܗܘ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܢܬܟܪܙ ܒܥܘܕܪܢܐ.

toto concilio præses interfuit, ille est synodi caput, et eidem competit impositio manus.» Post plura tandem statuerunt ut maphrianus consecraret illique manum imponenti assisterent duodecim *episcopi*, ut Edesscnus, qui erat præses Synodi, sacrificium offerret, Melitinensis evangelium legeret et Barsalibæus aliam lectionem, Chisumensis vero «gratiam» proclamaret, denique senex Gihonensis et episcopus Gubensis recitarent preces, atque ita porro ceteri qui aderant numero triginta duo[1]. Hanc ceremoniam perfecerunt die tertia *hebdomadis*, decima octava Teschrin prioris *(Octobris)* anni 1478 *(Chr.* 1166) in cœnobio Mar Barsumæ.

Mox patriarcha scripsit volumen, professionem exhibens fidei orthodoxæ, illudque per tres monachos patriarchæ Alexandriæ transmisit, pro more in ecclesiis orthodoxis vigente, juxta quem etiam patriarcha Alexandrimus, cum recens constituitur, mittit Antiocheno ut proclametur in

[1]) Ad meliorem eorum quæ hic referuntur intelligentiam non abs re erit paucis indicare ritus præcipuos in ordinatione patriarcharum usitatos. Ordinatio patriarchæ, paucis mutatis aut adjectis, eadem fere est ac episcopi et metropolitæ. Requiruntur, si fieri potest, duodecim episcopi qui Pontifici consecratori vice diaconorum ministrant. Post recitatam horam tertiam ingrediuntur Pontifex consecrator et episcopi, et adducunt electum ad altare eumque sacris vestibus induunt. Deinde præses synodi vel unus e senioribus celebrat sacrum, quo absoluto incipit proprie ritus consecrationis. Plures psalmi, responsoria, sedræ decantantur, quibus intermiscentur orationes quas episcopi recitant. Porro legitur Evangelium et ponitur super humeros et pectus electi, qui mox emittit fidei professionem. Sequuntur variæ preces : unus episcoporum proclamationem facit quæ incipit . «Gratia divina quæ infirmos sanat, etc.» Duo episcopi tenent Evangelium apertum super caput electi, cui consecrator imponit manum dextram recitans simul orationem invocationis Spiritus sancti. Electus collocatur in throno; inclamant omnes . «dignus, dignus, dignus.» Unus episcoporum legit Evangelium «pastoris boni.» Alter recitat orationem generalem seu catholicam. Additis autem nonnullis precibus consecratus accipit baculum pastoralem, signum potestatis spiritualis. Cfr. Denzinger, *Ritus orientalium*, II, 76-99.

ܐܝܟ ܕܐܦ ܗܢܐ ܕܡܟܝܠ ܩܐܬܘܠܝܩܘܣ .

ܘ ܐܙܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ .
ܘܣܡ ܬܫܥ ܥܣܪ ܩܢܘ̈ܢܐ ܒܥܘܡܪܐ ܘܐܣܟܡܐ .
ܘܥܒܕܗ̇ ܠܡܪܕܝܢ ܟܘܪܣܝܐ ܚܠܦ ܐܡܝܕ .
ܘܟܦܐ ܠܡܦܣܢܐ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܒܪ ܨܠܝܒܝ
ܕܢܥܒܪ ܠܐܡܝܕ . ܘܦܛܪܗ̇ ܕܒܪ ܫܢ̈ܝܐ ܚܡܫ .
ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܡܠܝܛܝܢܐ
ܐܬܬܚܕ ܡܢ ܫܠܝܛܐ ܘܐܬܩܢܣ ܬܠܬܡܐܐ
ܕܪ̈ܝܩܘܢ . ܘܟܠܗ ܡܠܝܛܝܢܝܐ ܣܢܝܢ ܕܡܢ
ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘܘ ܠܗ . ܠܐ ܥܕܪܘܗ .

ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܕܣܡ ܒܪܥܝܢܗ ܕܢܐܙܠ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ.
ܘܐܙܠ ܠܐܘܪܗܝ . ܘܐܬܟܪܟ ܒܛܘܪܐ ܩܕܝܫܐ
ܒܟܠܗܘܢ ܕܝܪ̈ܬܐ . ܘܥܡܗ ܬܪܝܢ ܐܦܝܣܩ̈ܦܐ.
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܓܪܓܪܝܐ . ܘܒܣܝܠܝܘܣ
ܕܩܣܪܝܐ. ܘܥܒܪ ܦܪܬ. ܘܡܛܠ ܩܪܒܐ
ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܝܢ ܡܠܟ̈ܐ ܕܚܠܒ ܘܕܐܢܛܝܘܟ .
ܠܐ ܐܫܟܚ ܕܢܐܙܠ . ܐܠܐ ܗܦܟ ܠܟܝܫܘܡ .
ܘܐܙܠ ܠܥܘܡܪܐ ܕܒܪܝܕ ܘܐܕܪܟܗ ܣܬܘܐ
ܩܫܝܐ. ܘܐܘܪܟ ܬܡܢ ܩܠܝܠܐ. ܘܒܗ ܐܬܪܫܝܘ
ܬܪܝܢ ܡܦܣ̈ܢܐ ܓܝܚܘܢ̈ܝܐ ܣܒܐ ܘܒܪ ܐܚܘܗܝ
ܒܥܘܠ̈ܬܐ ܕܐܟܘܬ̈ܗܝܢ. ܘܫܪܐ ܠܬܪ̈ܘܝܗܘܢ.
ܘܐܙܠ ܠܩܝܠܝܩܝܐ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ.
ܘܦܓܥ ܒܗ ܠܘܬ ܬܪܥܐ ܫܠܝ̈ܛܢܐ ܘܐܬܩܒܠ . ܐܠܐ
ܠܐ ܨܒܐ ܠܡܥܠ. ܡܛܠ ܕܩܪܝܒ ܗܘܐ ܥܐܕܐ.
ܘܕܦܨܚܐ ܗܘܐ ܕܠܐܘܪܫܠܡ . ܘܐܙܠ
ܠܐܘܪܫܠܡ . ܘܥܠ ܠܥܠ ܠܨܘܪ . ܘܫܡܥ

Syria sicut et noster *proclamatur* in Ægypto[1].

Abiit autem patriarcha ad cœnobium Mar Ananiæ[2], ubi novemdecim canones tulit; porro Mardinum loco Amidæ sedem suam fecit, coëgitque præsulem Mar Dionysium Barsalibæum ut transiret Amidam, quam ille egregie rexit annis quinque. Eodem tempore Ignatium Melitinæ apprehendit *urbis* præfectus et trecentis daricis mulctavit; Melitinenses vero illi, ut cui jam diu infensi erant, minime opitulati sunt.

Patriarcha, qui sibi animo proposuerat proficisci Antiochiam, concessit Edessam, et in monte sancto omnia circumiit monasteria duobus episcopis, Ignatio Gargarensi ac Basilio Cæsareensi comitantibus; inde Euphratem trajecit, sed propter bellum quod inter Alepi et Antiochiæ principes gerebatur progredi non potuit, atque Chisumam reversus, perrexit ad cœnobium Barid ubi eum dura hiems nacta est diuque retinuit. Interim, cum duo præsules Gihonenses, senior videlicet ejusque ex fratre nepos, criminibus varii generis publice accusati fuissent, deposuit utrumque. Postea se contulit in Ciliciam, atque illinc Antiochiam: præ foribus obviam ivit gubernatoribus a quibus acceptus fuit; at ingredi noluit quod ob proximum *Paschatis* festum Jerosolyma prope-

[1]) Hic mos incepit ab unione peracta ab Athanasio patriarcha anno 616 inter Jacobitas Syros et Ægyptios. Vide quæ notata sunt supra col. 269, not. 1.

[2]) Hac occasione Dionysius Barsalibæus orationem panegyricam de Michaele habuit, quam memorat Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 154.

ܣܥܪܐ ܕܡܫܚܐ ܕܐܘ̈ܪܚܬܐ ܡܛܠ ܠܐܘܪܫܠܡ .
ܘܡܢ ܠܠܕܝܩܝܐ ܘܡܢܬܡܢ ܠܨܘܪ. ܒܚܡܫܐ
ܕܫܒܬܐ ܕܐܘܫܥܢܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܡܛܐ. ܘܨܠܝ
ܒܓܓܘܠܬܐ ܘܒܩܒܪܐ ܩܕܝܫܐ. ܒܕܝܪܐ ܕܝܠܢ
ܥܒܕ ܥܐܕܐ ܡܪܢܝܐ ܘܩܘܕܫ ܡܘܪܘܢ ܐܫܠܡ .
ܘܟܕ ܢܓܗ ܝܘܡܐ ܪܒܐ ܕܩܝܡܬܐ .
ܣܥܪܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ ܘܒܐܝܩܪܐ
ܩܒܠܗ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܗܦܟ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܩܕܡܝܬ
ܣܥܪܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ ܕܒܩܘܣܝܪ ܗܘܐ
ܘܩܒܠܗ ܒܚܕܘܬܐ . ܘܡܛܠ ܕܡܬܟܪܐ ܗܘܐ
ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܦܩܕ
ܕܢܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܠܢ ܒܙܘܝܚܐ ܪܒܐ ܐܝܟ
ܕܠܡܟܟܘ ܠܝܘ̈ܢܝܐ . ܘܐܫܟܚܘ ܒܗ ܒܘܝܐܐ
ܫܪܟܐ ܕܥܡܢ . ܘܬܡܢ ܫܢܬܐ ܫܠܡܬܐ ܟܕ ܩܘܝ
ܥܒܕ ܡܘܪܘܢ ܘܐܣܪܡ ܬܠܬܐ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ . ܚܕ
ܡܢܗܘܢ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܥܢܙܪܒܐ ܚܠܦ ܐܬܢܣܝܘܣ ܩܫܝܫܐ
ܕܗܘܐ ܕܕܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ . ܕܪܥܐ ܠܥܢܙܪܒܐ
ܫܢܝ̈ܢ ܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ ܒܓܡܝܪܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ
ܫܢܝ ܠܘܬ ܡܪܢ .

ܘܟܕ ܐܬܐ ܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܕܝܪܐ
ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܘܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ .
ܒܫܢܬ ܐܦܦ . ܘܒܗ ܐܫܬܠܚ ܝܘܚܢܢ

raret. Profectus est igitur Laodiceam, atque illinc Tyrum, et feria quinta hebdomadis hosannarum[1] Jerosolyma pervenit. Postquam autem in Golgotha et ad sacrum sepulchrum orasset, in monasterio nostro Magdalenæ festa dominica et consecrationem chrismatis peregit. Cum vero illuxisset dominica magna *resurrectionis*, visitavit patriarcham Francorum[2], a quo honorifice habitus fuit. Dein illinc versus Antiochiam regressus, primum Cosairi[3] patriarcham adiit Francorum[4]; hic illum gaudens excepit, et quia offensus erat Græcorum patriarchæ[5] qui erat Antiochiæ, patriarcham nostrum magno cum apparatu introduci jussit, veluti ad Græcos deprimendos; atque ita quidem reliquiæ populi nostri consolationem inde acceperunt. Ibi autem anno integro commoratus, chrisma confecit et tres ordinavit episcopos, quorum unus fuit Athanasius Anazarbæ loco Athanasii senioris, ipsius patriarchæ patrui, qui, officio pastorali functus Anazarbæ annos tres supra triginta, in perfecta sanctitate et rerum derelictione migravit ad Dominum.

Patriarcha Antiochia reversus est ad cœnobium Mar Barsumæ, atque anno 1480 *(Chr.* 1169) synodum indixit in qua Joanni Gihonensi, pasto-

[1]) Ita vocant Syri hebdomadam sanctam.

[2]) Amalricum, qui sedit ab anno 1158 usque ad 1180 juxta Lequien, *Or. Christ.*, III, 1250 sq.

[3]) Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 363 scribit : « Michael, antequam Antiochiam ingrederetur, patriarcham Græcorum in Cosairo commorantem invisit. » Ast juxta Barhebræum Cosairi morabatur non Græcorum, sed Francorum seu Latinorum patriarcha, ut præter hunc locum ex alio mox secuturo liquet.

[4]) Latinis patriarcha Antiochiæ tunc præerat Aymericus, teste Lequien, *Or. Christ.* 1156, sq.

[5]) Is fuerit Athanasius II, quem legimus anno 1166 adfuisse celebrationi nuptiarum imperatoris Manuelis cum Maria, Raymundi comitis Antiocheni filia. Cfr. Lequien, *lib. cit.*, t. II, 759.

ܐܫܬܒܩ ܡܢ ܪܒܘܬܐ ܘܐܬܬܣܝܡ ܚܠܦܘܗܝ
ܐܒܘܓܠܒ ܡܣܟܢܐ. ܘܣܡ ܩܢܘܢܐ
ܒܚܪܡܐ ܕܐܠܗܐ. ܕܠܐ ܐܢܫ ܐܦܣܩܦܐ ܢܫܬܡܫ
ܡܢ ܐܢܬܬܐ. ܐܦܠܐ ܐܢ ܚܬܗ ܬܗܘܐ ܐܘ
ܐܡܗ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ. ܐܦܠܐ ܬܗܘܐ ܠܗ
ܦܪܗܣܝܐ ܠܡܡܠܠܘ ܥܡ ܐܢܬܬܐ. ܐܠܐ
ܒܝܕ ܩܫܝܫܐ ܐܝܟ ܣܒܐ ܢܥܒܕ ܗܘ ܡܐ
ܕܠܐ ܕܠܡܐܡܪ ܠܢܫ̈ܐ. ܘܕܡܝܐ ܠܘܬ ܠܐ
ܬܥܘܠ ܐܢܬܬܐ ܠܩܠܝܬܗ. ܠܐ ܣܒܬܐ ܘܠܐ
ܛܠܝܬܐ. ܘܠܐ ܕܝܪܝܬܐ ܘܠܐ ܥܠܡܝܬܐ.

ܘܗܘ ܙܒܢܐ ܐܬܢܝܚ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܡܝܦܪܩܛ.
ܘܐܬܬܣܝܡ ܚܠܦܘܗܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܗܘ
ܐܒܘܓܠܒ. ܒܪ ܐܚܐ ܕܡܦܪ̈ܝܢܐ ܡܦܪܝܢܐ
ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ. ܐܬܕܒܪ ܡܢ ܠܥܘܡܪܐ
ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܘܗܘ ܐܬܬܣܝܡ ܒܥܐܕܐ
ܕܨܠܝܒܐ. ܘܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܕܐܘܪܗܝ ܐܦ

rali munere deposito, suffectus fuit Abugaleb monachus. Canone quoque sub Dei anathemate *patriarcha* sancivit, ne ullus episcopus alicujus mulieris, etiamsi soror ipsius esset aut mater, famulatu utcumque uteretur, neve illi libera esset facultas colloquendi cum femina, sed ut per presbyterum ætate provectum, si quid mulieribus dici oporteret, id significaret; similiter ne apud monachum in cella admitteretur mulier, sive vetula, sive junior, sive religiosa sive sæcularis[1].

Sub idem tempus *obiit* Athanasius Maipherkatæ, ejusque loco ordinatus est Ignatius sive Abugaleb, maphriani piæ memoriæ Mar Ignatii ex fratre nepos; evocatus fuit ille e cœnobio Mar Barsumæ, in quo et ordinatus est in festo crucis[2]. Obiit pariter

[1]) Cum aliunde, tum ex hoc loco colligitur, quod in præfatione jam monuimus, episcopos et monachos ad vitam cœlibem castitatemque servandam severe adstrictos fuisse. Presbyteris autem et diaconis ex communi Orientalium disciplina, quam non damnarunt Summi Pontifices, matrimonium licitum est, modo fuerit contractum antequam diaconatum susciperent. Conditionem hanc requirunt Joannes Darensis (ap. Overbeek, *Ephræmi aliorumque opera selecta*, p. 412) et Barhebræus (*Nomocanon.*, part. I, cap. VIII, sect. 6) ut scilicet « diaconus aut presbyter unicam et virginem ante ordinationem duxerit, et post ejus mortem alteram non ducat. » Quibus verbis, ait Assemanus (*Diss. de Monophys.*, 128) excluditur a sacris ordinibus suscipiendis *bigamus*, et qui *viduam* duxerit, aut *meretricem*, aut *repudiatam*, aut *servam*, vel qualibet infamia notatam fœminam : quam si quis duxerit, etsi virginem, a sacris ordinibus suscipiendis arcetur. Diaconus vero aut presbyter, qui post susceptos ordines ad primas vel secundas nuptias transierit, tanquam apostolici illius mandati : *unius uxoris vir*, transgressor reprehenditur. Si quis tamen post susceptum diaconatum aut presbyteratum uxorem duxerit, redigitur quidem in pœnam hujus delicti ad laicorum statum, ejus tamen matrimonium ratum habetur. Lex a Michaele patriarcha hic sancita solos spectabat episcopos et monachos, non autem presbyteros, utpote qui uxorati erant. De his sacerdotibus et clericis qui cœlibem vitam agebant præcipit S. Rabulas (*ap.* Overbeek, l. c. 215): « nullus ex periodentis, sacerdotibus, diaconis aut filiis fœderis habitet cum mulieribus, nisi cum matre, sorore, aut filia sua. » De monachis autem (*ibid.*, p. 212) statuit : « ante omnia curent monachi ne mulieres in eorum monasteria ingrediantur. »

[2]) Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 364, scribit : « in cœnobio crucis ordinatus est ; » at in eo falsus videtur, cum probabile minime sit eum in codice Romano legisse : ܥܐܕܐ ܕܨܠܝܒܐ .

ܪܗܝ . ܘܐܬܬܣܝܡ ܚܠܦܘܗܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܗܘ
ܕܢܚܐ ܐܪܟܕܝܩܘܢ . ܘܠܐܝܓܢܛܝܘܣ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܒܚܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܩܪܝܗܝ
ܠܣܘܢܗܕܘܣ . ܘܐܬܘ ܡܠܝܛܝܢܝܐ ܥܡܗ
ܘܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܠܗ ܘܠܐܚܘܗܝ ܣܪܓܝܣ ܩܫܝܫܐ .
ܘܙܟܐ ܘܗܦܟ ܠܕܘܟܬܗ .

ܘܒܙܒܢܐ ܕܗܘ ܕܐܙܠ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܐܢܛܝܘܟܝ . ܐܬܚܪܝܘ ܝܘ̈ܢܝܐ ܥܡܗ ܥܠ
ܗܝܡܢܘܬܐ . ܘܟܬܒ ܦܛܪܝܪܟ ܦܬܓܡܐ ܕܡܦܩܢܐ
ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܪܬܕܘܟܣܝܬܐ . ܘܠܗ ܠܦܬܓܡܐ ܗܢܐ ܫܕܪܘܗܝ
ܝܘ̈ܢܝܐ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ . ܘܟܕ ܐܬܩܪܝ ܩܕܡ
ܡܠܟܐ ܡܢܘܐܝܠ . ܗܦܟ ܗܘ ܡܠܟܐ
ܠܘܬܗ ܕܦܛܪܝܪܟ ܒܝܕ ܩܪܝܣܛܘܦܘܪܘܣ ܓܒܪܐ
ܝܕܘܥ ܣܦܪܐ . ܡܢܘܐܝܠ ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ
ܡܬܝܠܕ ܒܗ ܐܪ̈ܓܘܢܐ . ܘܒܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ
ܡܠܟܐ ܚܝܠܬܢܐ . ܪܡܐ ܘܢܨܝܚܐ .
ܐܘܛܘܩܪܛܘܪ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܘܩܘܡܢܝܢܘܣ . ܠܡܪܝ
ܡܝܟܐܝܠ ܪܫܐ ܕܝܥܩܘܒܝ̈ܐ . ܒܛܝܒܘܬܐ
ܕܐܠܗܐ ܕܠܗܘܢ ܡܘܕܥ . ܕܚܕܝܬ ܪܒܐܝܬ
ܡܠܟܘܬܢ ܟܕ ܚܙܬ ܠܟܬܒܐ ܡܦܩܢܐ
ܕܡܢܟܘܢ . ܕܒܗ ܫܪܪܐ ܕܬܪܝܨܘܬ
ܐܪܬܕܘܟܣܝܐ . ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܚܟܝܡܬܐ ܡܬܬܚܘܝܐ . ܘܪܓܬ
ܡܠܟܘܬܢ ܠܡܚܙܝܟܘܢ ܝܬܝܪܐܝܬ . ܒܬܪ ܗܠܝܢ
ܐܫܬܕܪ ܡܢ ܡܢܘܐܝܠ ܡܠܟܐ ܬܐܘܪܝܢܘܣ ܠܘܬ

Basilius Edessæ, ejusque loco ordinatus est Athanasius Denha archidiaconus. Ignatium vero Melitinæ e cœnobio Mar Abhæi citavit patriarcha; at synodum adierunt Melitinenses, qui accusationes adversus illum et ejus fratrem Serginum presbyterum diluerunt, ipseque ad officium suum reversus est.

Jam vero, quum eo tempore quo patriarcha ierat Antiochiam Græci controversiam movissent de fide, patriarcha scripsit libellum[1], quo expositio fidei nostræ exhibebatur; hunc vero libellum Græci miserunt Constantinopolim, cumque imperatori Manueli prælectus esset, imperator ipse patriarchæ rescripsit per Christophorum, virum eruditum, in hunc modum : « Manuel imperator fidelis, Porphyrogenitus, per Christum Deum imperator potens, excelsus et illustris, autocrator Romanorum, Comnenus, Mar Michaëli Jacobitarum antistiti per Dei gratiam notum facit valde gavisam esse Majestatem nostram, ubi vidit libellum a vobis conscriptum, quo veritas orthodoxæ fidei et sapiens doctrina exponitur. Majestas nostra vos videre maxime exoptat. » Post hæc a Manuele imperatore legatus est quidam Theorianus ad Nersetem catholicum Armenorum et ad

[1]) Libellus iste recitatur in *secunda Theoriani disputatione*, immerito ab editore Veneto versionis latinæ operum S. Nersetis Claiensis negatam, quam e codicibus Vaticanis eruit card. Mai et publici juris fecit in *Scriptt. vett. nov. collect.*, t. VI, p. XXIII; unde Migne eam desumpsit et inseruit in *Patrol. gr.*, CXXXIII. 114. sqq. Prima *disputatio Theoriani*, manca tamen, ab anno 1578 edita fuerat a Leunclavio, a quo Galanus eam accepit in *Concil. ecclesiæ Armenæ cum Romana*, I, 242-343.

ܘܡܫܠܡܐ ܡܟܬܒܐ . ܠܘܬ ܠܪܗܘܡܝ
ܡܐܬܘܠܝܐ ܕܐܪܡܢܝܐ ܘܟܬܘܒܝܢ ܡܫܡܠܝܘܬܐ
ܡܦܪܫܢ ܫܡܗܐ ܐܬܩܪܝ . ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ
ܠܡܟܬܒܘ ܕܡܠܟܘܬܐ ܚܕܐ ܠܘܬ ܡܦܪܫܢ ܘܐܡܪ .
ܘܐܡܪ ܐܓܪܬܐ ܣܓܝܕܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܐܝܬ ܠܢ
ܠܘܬܟܘܢ . ܐܢ ܬܐܬܘܢ ܠܣܘܪܝܐ . ܡܛܠ
ܕܣܓܝܐܢ ܕܢܥܒܪ ܠܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ

Mar Michaëlem patriarcham, anno scilicet 1483 *(Chr.* 1172)[1]. Porro, cum pervenisset ad Castrum Romanum, misit ad patriarcham dicens : « Majestatis adorandas ad vos litteras nobiscum habemus. Velitis ergo in Syriam concedere, quandoquidem nos in Mesopotamiam transire multis de causis non possumus. » Patriarcha

[1]) Mendose hic habetur annus 1483 pro anno 1481. Nam disputatio Theoriani cum Nersete habita fuit anno Christi 1170, mense Maio, ut constat ex actis hujus disputationis (*Patrol. gr.*, CXXXIII, 121) et ex iis quæ mox a Barhebræo recitantur. Etenim Joannes Chisumensis qui disputationi interfuit mortuus a Barhebræo dicitur anno Christi 1171. Porro in libello duarum *Theoriani disputationum* legimus disputationem habitam anno 1170 a die 15 Mai inter Nersetem, Armenorum catholicum, et Theorianum ab imperatore Manuele Comneno ideo missum ut Armenos ad unionem cum ecclesia græca reduceret. In hac disputatione ita dilucide Theorianus duas in Christo naturas e sanctis patribus, præsertim e S. Athanasio et S. Cyrillo, nequaquam vero ex scientia profana ut effutit Barhebræus, demonstravit ut Nerses et episcopi qui aderant ipsi consenscrint. Joannes autem Chisumensis qui altera tantum die advenit ægre audivit Nersetem sententiam Theoriani probare. Cum vero Theorianus in synodo congregata allatas ab eo difficultates solvisset, Joannes in sua sententia pertinax cum suis sacerdotibus discessit. Disputavit deinde Theorianus de duabus Christi voluntatibus et operationibus et de aliis quæstionibus, infra a Barhebræo indicatis, in quibus Armeni a Græcis dissidebant. Absoluta disputatione Nerses scripsit ad imperatorem mense decembri duas in Christo naturas confitens, alias vero quæstiones silentio premens. Missus igitur secunda vice Theorianus ad Nersetem pervenit anno 1172, mense secundo. Habita fuit secunda disputatio, in qua fidei et disciplinæ puncta in prima disputatione obiter tacta, attente examinata fuerunt. Tandem incœpta est unio Armenorum cum Græcis quæ tamen nonnisi postea, mortuo Nersete, in concilio Armenorum Tarsensi ab omnibus recepta et firmata fuit. Disputatione feliciter absoluta, Theorianus profectus est Chisumam ut adiret Michaelem, Jacobitarum patriarcham, ad quem etiam ab imperatore missus erat. Chisumæ occurrit Theoriano monachus Theodorus missus ut legatum imperatoris deduceret incolumem ad patriarcham Syrum, in quodam oppidulo commorantem cui nomen S. Balsamon. Sed quum comperisset Theorianus Sachapetinum sibi insidias struxisse timuit ire ; sed regias litteras ad patriarcham misit, qui vicissim Theoriano confessionem fidei græce ad imperatorem scriptam misit, simul significans monachum Theodorum a se missum cum plena potestate ut de re tota cum Theoriano dissereret. Disputatio vix incepta mox abrupta fuit ; Theodorus enim quum nollet de vocibus : « substantia, natura, hypostasi, persona, » ex sanctis patribus sed tantum ex Aristotele disputare, hac die recessit. Postero die Elias, Cessunii seu Chisumæ episcopus, disputationem reassumpsit contendens admittendam in Christo unam naturam compositam, cui Theorianus more Aristotelico, ut Eliæ placebat, respondit. Tunc Theodorus dixit fieri posse ut Syri vocem unius naturæ omitterent et synodum Chalcedonensem admitterent, si Græci eos non cogerent ad anathematizandum Severum, cujus officium ecclesiasticum, hymni et cantica, ab ipsis quotidie usurpabantur. Ultimo addidit : « statim ac Armenorum catholicus legationem ad regiam urbem miserit, ut fidei articuli synodice confirmentur, tunc nostrum quoque catholicum legatos missurum, ut id quod Deo visum fuerit perficiatur. » Hæc ex *Actis* Disputationis ap. Migne *Patrol. gr.*, CXXXIII, 114-298.

ܠܗ܆ ܡܢ ܙܒܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ. ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘ ܠܐ
ܐܙܠ܆ ܠܐܝܘܐܢܢܝܣ ܕܟܝܣܘܡ ܫܕܪ ܘܐܬܡܠܟ
ܥܡܗ. ܘܟܕ ܗܦܟ ܗܘ ܬܐܘܪܝܐܢܘܣ
ܠܩܘܣܛܢܛ. ܬܘܒ ܕܬܪܬܝܢ ܐܫܬܠܚ
ܐܫܬܕܪ. ܘܫܕܪ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܓܪܬܐ
ܗܟܢܐ. ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܕܝܥܩܘܒܝܐ ܥܒܕܐ ܕܡܠܟܐ ܬܐܘܪܝܐܢܘܣ
ܟܬܝܒܬܐ ܡܠܟܝܬܐ ܐܝܬ ܥܡܢ ܠܘܬ
ܩܕܝܫܘܬܟܘܢ. ܘܨܒܝܢܢ ܕܢܬܠܝܗ̇ ܡܢ
ܐܝ̈ܕܝܢ ܕܝܠܢ ܠܐܝ̈ܕܝܐ ܕܩܕܝܫܘܬܟܘܢ. ܘܗܟܝܠ
ܙܕܩ ܕܬܘܕܥܘܢ ܠܢ ܕܐܡܬܝ ܘܐܝܟܐ ܢܗܘܐ
ܥܡܪܐ ܕܚܕ. ܘܟܕ ܐܦܠܐ ܗܕܐ ܙܒܢܬܐ
ܐܙܠ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܫܕܪ ܠܘܬܗ ܠܬܐܘܕܘܪܘܣ
ܕܡܢ ܒܪ ܘܗܒܘܢ ܬܠܡܝܕܗ ܠܩܠܥܐ
ܪܗܘܡܝܬܐ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܗ. ܐܫܟܚ ܕܡܢ
ܩܕܡ ܕܢܐܬܐ ܗܘ ܗܘܐ ܙܟܐ ܠܐܪܡܢܝܐ
ܒܝܘܠܦܢܐ ܕܒܪ̈ܝܐ. ܘܡܬܬܟܝܠ ܗܘܐ
ܥܠ̈ܡܐ ܐܪܣܛܘܛܠܝܣ. ܘܟܕ ܫܐܠܗ ܒܪ
ܘܗܒܘܢ ܕܐܝܟܢܐ ܡܬܦܠܓܐ ܐܘܣܝܐ ܠܦܓܪܢܐ
ܘܠܐ ܦܓܪܢܐ. ܒܦܘܪ̈ܫܢܐ ܐܢܐ ܐܘ̈ܣܝܢܝܐ
ܐܘ ܒܓܕ̈ܫܢܝܐ. ܘܗܘ ܩܕܡܝܐ ܠܘܬ ܡܪܟܒܘܬܐ
ܕܦܫ̈ܝܛܐ ܠܐ ܦܓܪ̈ܢܝܐ ܡܩܪܒ. ܘܗܘ
ܕܬܪܝܢ ܠܘܬ ܗܢܐ ܕܢܗܘܘܢ ܡܢ ܐܘܣܝܐ ܚܕܐ
ܦܓܪܢܐ ܘܠܐ ܦܓܪܢܐ. ܘܬܘܒ ܫܐܠܗ
ܕܒܟܡܐ ܙ̈ܢܝܢ ܡܬܐܡܪܐ ܟܝܢܐ ܠܘܬ
ܦܝܠܘܣܘ̈ܦܐ. ܘܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܟܝ̈ܢܐ
ܕܡܘܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܡܫܝܚܐ. ܕܝ̈ܠܝܐ ܐܢܘܢ
ܐܘ ܓ̈ܘܢܝܐ. ܘܗܝܕܝܢ ܐܝܟ ܩܝܣܐ ܐܬܬܒܪ.
ܘܐܡܪ. ܕܡܢܐ ܠܢ ܘܠܡܠܦܢܘܬܐ ܕܐܪܣܛܘܛܠܝܣ
ܚܢܦܐ. ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܝܢ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ ܟܕ ܚܙܐ

vero *illuc* non ivit ipse, sed allegavit Joannem Chisumensem, qui cum illo colloquinm instituit. Postquam vero Theorianus regressus esset Constantinopolim, denuo altera jam vice legatus est, misitque ad patriarcham epistolam, qnæ sic habebat : « sancto Mar Michaëli catholico Jacobitarnm servns imperatoris Theorianus. Scriptum imperatorium ad Sanctitatem vestram nobiscum habemus et cupimus illud nostris manibus in manus vestras reponere. Nos ergo certiores faciatis oportet quandonam et ubi in uno loco convenire possimus. » At neque hac vice abiit patriarcha, sed ad illum in Castrum Romanum monachum Theodorum Barvehebun, discipulum suum, ablegavit : qui cum apud eum pervenisset, comperit illum, antequam ipsemet advenisset, Armenos superasse ope scientiæ profanæ atque eos distnrbasse effatis Aristotelicis. Barvehebun autem eum rogavit quomodo dividatur substantia in corpus et non-corpus, an distinctionibus essentialibus vel accidentalibus; at primum ad compositionem simplicium incorporeorum ducit; alterum vero *ducit* ad hoc, ut ejusdem substantiæ sint corpus et incorporeum. Præterea rogavit enm qnot modis natura prædicetur apnd philosophos; et duæ illæ naturæ, quas vos confitemini in Christo, an propriæ sunt aut communes? » Tum ille veluti lignum confractus est et dixit : « quid ad nos pertinet doctrina Aristotelis ethnici? » At vero catholicns Armenorum, cum confutatnm videret, eum reprehendit ita

ܘܐܬܦܢܝ . ܢܦܩ ܘܐܡܪ . ܥܕܡܐ ܕܠܝܬ
ܗܘܐ ܠܘܬܢ ܡܢ ܕܝܕܥ ܠܡܫܪܐ ܥܘ̈ܩܕܝܟ
ܡܬܬܪܘܪܒ ܗܘܝܬ ܥܠܝܢ ܘܡܒܣܪܬ ܕܠܐ
ܝܕܥܝܢܢ ܡܕܡ . ܘܗܫܐ ܕܐܬܘ ܗܠܝܢ ܕܡܢ
ܡܠܦܢܘܬܟ ܡܟܣܝܢ ܠܟ ܡܬܟܦܦܬ ܐܢܬ .
ܘܗܟܢܐ ܐܬܦܪܫ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܦܪܫܗ ܡܢܗ
ܕܬܐܘܪܝܢܘܣ ܘܫܪܝܗ ܟܕ ܐܡܪ . ܕܟܢܫ
ܐܢܐ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܘܡܦܢܐ ܐܢܐ ܠܡܠܟܐ .
ܘܩܬܘܠܝܩܐ ܟܬܒ ܐܘܕܥ ܠܦܛܪ̈ܝܪܟܐ .
ܕܡܠܟܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܥܣܪܐ ܦܘܩܕܢܐ ܬܒܥ
ܡܢܢ . ܚܡܫܐ ܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܬܚܡܢܘܢ
ܗܠܝܢ . ܕܢܐܡܪ ܬܪܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܡܚܝ̈ܕܐ
ܒܡܫܝܚܐ . ܬܪܝܢ ܨ̈ܒܝܢܐ . ܬܪܬܝܢ
ܡܥܒ̈ܕܢܘܬܐ . ܘܢܡܢܐ ܥܡ ܬܠܬ ܣܘܢܗ̈ܕܘܣ .
ܗܝ ܕܐܪܒܥ . ܘܕܚܡܫ ܘܕܫܬ ܘܕܫܒܥ .
ܘܠܐ ܢܐܡܪ ܕܐܨܛܠܒܬ ܡܛܠܬܢ . ܘܚܡܫܐ
ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܥܠ ܥܝ̈ܕܐ . ܐܝܠܝܢ ܗܠܝܢ . ܕܢܥܒܕ
ܥܐܕܐ ܕܝܠܕܐ ܐܝܟ ܫܪܟܐ ܕܟܪܣܛܝ̈ܢܐ . ܕܢܩܕܫ
ܩܘܪܒܢܐ ܒܚܡܝܪܐ ܘܡ̈ܝܐ ܒܟܣܐ . ܘܢܥܒܕ
ܡܘܪܘܢ ܡܢ ܡܫܚܐ ܕܙܝܬܐ . ܕܢܨܠܐ ܒܗ
ܒܥ̈ܕܬܐ . ܘܢܥܒܕ ܩܘܪܒܐ ܓܠܝܐ . ܘܡܛܠ
ܫܝܢܐ ܦܫܝܛܐ ܠܝ ܠܬܘܪܨܐ ܕܗܠܝܢ .

allocutus : « quamdiu nemo erat apud nos qui sciret implicationes tuas solvere, in nos insolens exstitisti, nobisque detraxisti, quod nihil sciremus; nunc vero, cum ii venerunt qui te ex tua doctrina arguunt, subducis te. « Et ita quidem catholicus alienatus est a Theoriano, eumque dimisit dicendo : « synodum celebrabo et respondebo imperatori. » Catholicus præterea patriarchæ datis litteris nunciavit : « Græcorum imperator decem res a nobis exegit, quinque nimirum circa fidem quæ sequuntur : ut dicamus duas in Christo unitas naturas, duas voluntates, duas operationes, ut cum tribus synodis prædicemus etiam quartam, quintam, sextam et septimam, denique ut non dicamus : « qui crucifixus es pro nobis[1] »; quinque vero reliquas circa ritus, nempe illas : ut festum Nativitatis agamus ut ceteræ confessiones *christianæ*, ut in hostia consecranda fermentum et in calice aquam ponamus, ut chrisma conficiamus ex oleo olivæ, ut oremus in ecclesiis, ut sacrificium perficiamus publice[2]. Porro propter pacem facile mihi est refor-

[1]) Verba illa Armeni addebant Trisagio, totum Trisagium referentes ad Filium. Quia igitur ad Filium, non ad totam Trinitatem referebant, hanc pro variis solemnitatibus appendicem mutabant. Sic in festo Resurrectionis pro « qui crucifixus es » dicebant « qui resuscitatus es ». Vid. *Patrol. gr.*, CXXXIII, 186.

[2]) Armeni eodem die, sexta scilicet Januarii, nativitatem Domini ejusque baptismum celebrabant; panem azymum consecrabant et vino consecrando aquam non miscebant; chrisma conficiebant ex oleo sesami non autem ex oleo olivæ propter olearum in magna Armeniæ parte raritatem; sacerdotes Armeni extra ecclesiam divinum officium recitabant, solus Pontifex missam celebrans templum ingrediebatur, reliquus populus foris stabat. Horum omnium reformationem nomine Græcorum petiit Theorianus, moueus tamen Armenis nullam molestiam afferendam propter usum azymi. Vide duas Theoriani *disputationes* ap. Migne, *lib. cit.*

ܘܐܘܕܐ ܬܪܝܢ ܟܝܢ̈ܐ ܐܝܟ ܬܐܘܠܘܓܘܣ .
ܐܠܐ ܕܐܦܩܗ̇ ܠܦܣܩܐ ܡܠܐ ܕܐܙܕܩܦܬ ܡܛܠܬܢ
ܘܐܚܪܡ ܩܕܝ̈ܫܐ . ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܠܢ . ܘܟܠ
ܗܠܝܢ ܗܘ ܗܟܢܐ ܕܐܢܬ ܥܒܕ ܐܢܬ ܐܦ
ܚܢܢ .

ܘܬܐܘܪܝܢܘܣ ܕܝܢ ܡܢ ܕܐܙܠ ܗܘܐ
ܫܕܪܗ ܠܐܓܪܬܐ ܕܡܠܟܐ ܚܕܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ .
ܘܟܬܝܒ ܗܘܐ ܒܗ ܒܬܪ ܣܓܝܐܬܐ ܗܠܝܢ .
ܕܐܫܬܘܕܥܢ ܕܐܝܬ ܠܩܕܝܫܘܬܟ ܪܓܬܐ ܕܬܐܬܐ
ܠܘܬܐ ܕܬܚܙܝܗ ܠܡܠܟܘܬܢ ܘܬܡܠܠ
ܥܡܗ . ܐܠܐ ܕܚܠܐ ܕܠܡܐ ܢܗܘܐ ܠܘܬܗ
ܩܛܝܪܐ . ܘܢܬܐܠܨ ܕܗܝ ܡܠܐ ܕܠܐ ܨܒܝܢܗ
ܢܟܬܘܒ ܐܘ ܢܡܠܠ . ܡܛܠܗܢܐ ܗܐ
ܥܒܪܬܗ ܠܕܚܠܬܐ ܗܕܐ ܡܒܛܠܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܢ
ܡܘܗܒܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ . ܘܟܬܒܢܢ ܒܝܕ ܕܡܪܢ
ܡܠܦܢܐ ܬܐܘܪܝܢܘܣ ܕܢܩܢܐ ܐܬܪܘܬܐ .
ܗܝ ܪܒܘܬܐ ܡܗܝܡܢܘܬܟ ܩܕܝܫܘܬܐ . ܕܗܐ
ܟܬܒܝܢ ܘܡܫܪܪܝܢ . ܕܫܠܝܛ ܠܟ ܕܬܐܡܪ
ܐܝܟ ܕܨܒܝܐ ܢܦܫܟ ܐܝܟ . ܘܠܐ ܡܕܡ
ܕܡܘܟܟܐ ܐܘ ܕܒܨܝܪܘܬܐ ܠܐ ܬܪܓܫ . ܐܠܐ
ܬܬܩܒܠ ܒܐܝܩܪܐ ܘܬܬܗܦܟ ܠܟܘܪܣܝܐ
ܕܢܦܩ ܠܟ . ܘܐܢ ܠܐ ܬܩܒܠ ܡܗܝܡܢܘܬܢ
ܩܕܝܫܘܬܐ ܕܝܠܟ ، ܬܩܘܡ ܒܕܝܠܗ̇ .
ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܬܠܬ ܐܓܪ̈ܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ
ܕܒܗ̇ ܡܠܬܐ ܕܡܠܟܐ ܫܕܝܪ̈ܢ ܒܝܕ ܩܠܘܐܢܘܣ
ܝܘܢܝܐ . ܘܗܕܐ ܗܝ ܗܘܬ ܦܢܝܬܐ ܕܦܛܪܝܪܟ
ܕܝܢ ܗܢܐ ܗܘܐ ܦܘܢܝܗ . ܕܚܢܢ ܡܛܠ
ܡܬܚܦܛܝܢ ܘܠܐ ܟܦܪܝܢ ܡܢ ܐܚܘܬܐ . ܠܟܠ
ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܚܠܦܝܢ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ .

mare ritus et duas juxta Theologum profiteri naturas; verum particulam illam : « qui crucifixus es pro nobis » expungere, aut anathema dicere in sanctos, prorsus non possum. Ast hæc utut suut, quidquid tu feceris etiam uos *faciemus.* »

Theoriauus autem, postquam abierat, uovam imperatoris epistolam patriarchæ misit, in qua post plura scriptum erat : « intelleximus Sanctitati tnæ inesse desiderium ut veniat Majestatem nostram coram aspicere et cum ea colloqui; timet vero ne sibi violentia inferatur et cogatur ad aliquid contra voluntatem suam conscribendum aut ore proferendum. Itaque hujusmodi metum jam sustulit Majestas uostra a Deo data, et scriptum misimus per ....... (?) magistrum Theorianum, quo securitatem possideat Reverentia tua; etenim scribimus et asserimus, tibi licitum fore ut dicas quodcunque volueris; neque aliquid humiliationis vel demiuutionis experieris; quiu imo excipieris honorifice et ad cathedram quæ tibi cessit, reverteris; quod si Sanctitas tua fidem nostram haud probaverit, in propria sua permaueat.» Postea adhuc tres aliæ epistolæ in eamdem sententiam ab imperatore per Caloënem Græcum transmissæ fuere. Patriarchæ responsio hæc fuit : « nos summopere cupimus et minime refugimus unionem cum omnibus qui non mutant fidem patrum et cum Athauasio et Cyrillo

ܘܡܘܕܝܢ ܟܕ ܐܬܝܠܢܣܘܣ ܘܦܘܪܡܠܘܣ.
ܕܚܕ ܗܘ ܟܝܢܐ ܕܡܠܬܐ ܕܡܬܒܣܪ.

ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܕܗܝ ܫܢܬ ܐܬܦܐ.
ܐܘܢܘܟܐ ܐܡܝܢ ܐܠܕܝܢ ܕܡܫܠܛ ܗܘܐ
ܒܡܪܕܝܢ. ܢܣܒ ܠܕܪܬܐ ܕܝܠܢ ܕܒܗ
ܒܡܪܕܝܢ. ܘܝܗܒܗ ܠܛܝܝܐ. ܘܐܠܨܩܗ
ܠܡܣܓܕܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܗܘܬ ܟܪܝܘܬܐ ܪܒܬܐ
ܠܟܠܗ ܥܡܐ. ܘܒܬܪܗ ܕܝܘܡܐ ܢܦܠ ܡܢ
ܣܘܣܝܐ ܗܘ ܚܛܘܦܐ ܘܐܬܬܘܝ. ܐܠܐ ܠܐ
ܐܫܟܚ ܕܢܗܦܘܟ ܠܕܪܬܐ ܡܢ ܕܚܠܬܐ
ܕܛܝܝܐ.

ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܒܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ
ܡܝܟܐܝܠ ܠܥܕܬܐ ܕܒܕܝܪܐ ܕܐܒܘ ܓܠܒ
ܕܩܠܥܐ ܕܓܪܓܪ ܕܡܬܚܙܝܐ. ܘܒܫܢܬ ܐܬܦܒ
ܒܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܒܐܝܠܘܠ ܫܟܒ ܝܘܚܢܢ
ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܟܝܣܘܡ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܗܝܪܐ
ܕܟܬܒܐ. ܡܠܝܠܐ. ܘܡܕܪܫܐ ܡܫܟܠܠܐ
ܘܡܫܡܗܐ ܒܥܕܬܐ. ܘܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ
ܕܫܢܬ ܐܬܦܓ ܫܟܒ ܕܝܘܢܢܘܣܝܘܣ ܕܐܬܩܪܝ
ܕܒܪ ܨܠܝܒܝ ܒܐܡܝܕ. ܘܐܬܬܣܝܡ ܦܓܪܗ
ܒܥܕܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܕܒܓܒܗ ܬܝܡܢܝܐ ܦܓܪܐ
ܕܦܛܪܝܪܟܐ. ܠܘܬ ܩܒܪܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ
ܒܝܬ ܒܪ ܥܒܕܘܢ ܘܒܪ ܫܘܫܢ. ܘܐܬܐ ܐܒܠܐ
ܡܪܝܪܐ ܠܥܕܬܐ ܟܠܗ.
ܡܠܦܢܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܡܠܝܠܐ ܘܟܘܟܒܐ ܕܕܪܗ. ܟܢܫ
ܘܐܟܬܒ ܦܘܫܩܐ ܚܬܝܬܐ ܠܟܬܒܝܗܘܢ ܕܬܪܬܝܢ
ܕܝܬܩܝܢ. ܘܕܡܠܦܢܐ ܘܠܡܐܘܬܐ.

profitentur unam naturam Verbi incarnatam[1].

Eodem illo anno, nimirum 1481 (*Chr.* 1170) Emin Aladin eunuchus, qui Mardini dominabatur, atrium quoddam Mardini nobis eripuit, Arabibus concessit atque ad istorum meskitam adjunxit quod summo angori fuit populo universo. Postridie raptor iste cecidit ex equo eumque *facti* pœnituit, at atrium restituere propter metum Arabum non potuit.

Eo anno patriarcha Mar Michaël ecclesiam, quæ cernitur in cœnobio Abugalebi castelli Gargarensis, ædificavit. Anno autem 1482 (*Chr.* 1171), die vigesima quarta Ilul (*Septembris*) obiit Joannes Chisumæ episcopus in cœnobio Mar Barsumæ; erat ille in scientia Scripturarum sacrarum cruditus, eloquio exercitatissimus et in ecclesia famosus. Deinde, mense Teschrin secundo (*Novembri*) anni 1483 (*Chr.* 1171) mortuus est Dionysius Barsalibæus, ejusque corpus Amidæ in ecclesia Deiparæ, ad latus australe juxta sepulchrum patriarcharum Barabdun et Barsusan, reconditum fuit; luctus inde accessit toti ecclesiæ acerbissimus: erat *enim* doctor eloquens et astrum ætatis suæ. Collegerat et conscripserat accuratos commentarios in omnes utriusque Testamenti libros necnon in doctores et in centurias

[1]) Locutionem illam orthodoxo sensu recte explicat Theorianus *Disput.* I, *Patrol. gr.*, CXXXIII, 123, sqq.

ܘܦܘܫܩܐ ܕܐܘܓܪܝܣ. ܘܦܘܫܩܐ ܠܡܐܡܪ̈ܐ
ܕܝܠܩܛܝܩܐ. ܘܡܐܡܪ̈ܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܀

ܘܒܗܕܐ ܫܢܬܐ ܒܝܪܚܐ ܬܡܘܙ ܒܪܨܘܡܐ ܚܕ ܡܪܕܝܢܝܐ ܐܬܬܚܕ ܒܙܢܝܘܬܐ. ܥܡ ܐܢܬܬܐ ܛܝܝܬܐ. ܘܒܬܪ ܬܫܢܝ̈ܩܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܬܕܝܢ[ܝܢ] ܒܡܦܩܬܐ ܕܟܠܗ ܩܢܝܢܗ

Evagrii, item commentarios in libros dialectices et scripta alia quamplurima[1].

Eodem anno mense Tamuz (*Julio*) Barsumas quidam Mardinensis, deprehensus in fornicatione cum muliere Arabe, post cruciatus multos pœna publicationis omnium bonorum

[1]) Dionysii Barsalibæi scripta enumerantur in catalogo codicis syriaci Vaticani ab Assemano *Bibl. Or.*, II, 210 prolato, quem hic exscribere juvat : « *Libri Mar Dionysii Bar salibi. Liber magnus expositionis litteralis et spiritualis in Pentateuchum et Prophetas universim. Liber magnus expositionis in novum Testamentum et in Apocalypsim Joannis Apostoli.* » E commentario in Evangelia nonnulla notatu digna protulit Assemanus, *Bibl. Or.*, II, 157-170. Totum autem in Evangelia commentarium latine prodiit Dublinii anno 1693, sub hoc titulo : *A clear and learned exposition of the history of our blessed Saviour Jesus-Christ, taken out of above* 30 *greek, syriack and other oriental authors, by way of catena : by Dionysius Syrus and faithfully translated by Dudley Loftus.* Continuatur enumeratio librorum Barsalibi his verbis : « *Libellus in Evagrii centurias, expositio cum textu. Commentarius in scripta Doctorum. Libellus epistolarum. Compendium historiarum Patrum, et sanctorum, et martyrum. Compendium canonum apostolicorum. Tractatus de theologia, de incarnatione, de arbore vitæ, de angelis, de dæmonibus, de anima rationali, et de sacerdotio. Tractatus de cœlo, de sole, de luna, de stellis, deque celeris secundum ordinem sex dierum creationis : de paradiso, de resurrectione corporis humani ; de cruce, de fide aliisque sacramentalibus. De sacramento baptismi. De Liturgia : de sacerdotalibus indumentis, de processione per ecclesiam:* » Hujus tractatus de Liturgia breve compendium sub titulo : « *Expositionis Missæ* » præbet Assemanus *lib. cit.*, 176-207. Tenet Cl. vir Bickell (*Conspectus rei Syrorum litterariæ*, p. 43) hanc missæ explicationem, quæ latine ab Aloysio Assemano versa in *Codice liturgico*, IV, II, inserta fuit, a Maronitis correctam et falso Joanni Maroni adscriptam fuisse. Ill. D. episcopus Maronita Debs io recenti opere (*summa confutationum contra assertiones J. David*, Beryti, 1872, p. 192 sqq.) acriter hanc sententiam impugnat. Utraque opinio attentiore examine digna videtur. « *Tractatus polemicus adversus Arabes : adversus Judæos : adversus Nestorianos : adversus Chalcedonenses : adversus Armenos, eorumque consuetudines, ubi et de hujusce gentis origine et ritibus. Proliza Bar-Susan adversus eosdem epistola in libris demonstrationum exstat : sed et tractatus Bar-Andreæ. Unæ denique Anaphoræ.* » Imo tres ejus *Anaphoras* recenset Assemanus, *lib. cit.*, 175, ubi etiam memorat Barsalibæi *Precationes liturgicas tres*, quæ forte partem efformant Anaphorarum mox recensitarum. Memorat præterea Assemanus, *lib. cit.*, 170, sqq. sequentia Barsalibæi opera :

1o *Oratio habita in templo S. Ananiæ in die consecrationis Michaelis magni patriarchæ.*

2o *Expositio rerum mysticarum quæ in sacro chrismate continentur.* Fortasse iste tractatus innitur supra in catalogo per voces « aliisque sacramentalibus. »

3o *Expositio rerum mysticarum Chirotoniarum.* Fortasse innuitur supra in catalogo per voces « de sacerdotio. »

4o *Canones de modo recipiendi pœnitentem in sacramento confessionis. Ordinem pœnitentiæ* a Barsalibæo correctum ediderunt Assemanus, *loc. cit.*, et Abrahamus Ecchellensis in *Epist.* ad Leonem, integrum autem ordinem ex utroque illo auctore et e manuscripto Renaudotii edidit Denzinger, sed latine tantum, adjectis Dionysii canonibus pœnitentialibus, in opere : *Ritus orientalium*, I, 440, sqq. ; 493, sqq.

5o *Liber de Providentia Dei adversus Joannem episcopum Mardæ*, cujus meminit Barhebræus supra p. 503.

ܠܚܝܒܘܬܐ. ܘܡܛܠ ܕܠܥܕܬܐ ܕܡܪܝ
ܬܐܘܡܐ ܕܒܡܪ[ܕܝܢ] ܚܕܬܗ̇ ܗܘܐ ܩܢܝܢܗ̇
ܗܘܐ. ܐܦ ܗܝ ܥܡ ܩܢܝܢܗ̇ ܐܬܡܢܝܬ
ܘܐܬܢܣܒܬ ܡܢ ܛܝܝܐ. ܘܗܘܬ ܡܣܓܕܐ
ܘܗܘܐ ܐܒܠܐ ܣܓܝ ܪܒܐ ܠܟܪܣܛܝܢܐ.
ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܚܣܢ ܒܪ ܟܠܝܒ ܐܢܫ
ܕܝܪܝܐ ܘܩܫܝܫ ܡܪܕܝܢܝܐ ܟܕ ܡܢ ܐܚܘܗܝ
ܡܬܟܣܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܦܪܝܥܘܬ ܗܘܦܟܗ
ܐܬܟܦܪܗ̇ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܘܐܙܠ ܠܛܝܝܐ. ܘܒܬܪ
ܙܒܢܐ ܩܠܝܠ ܬܘܒ ܘܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ.
ܘܗܦܟ ܠܟܪܝܣܛܝܢܘܬܐ. ܘܟܕ ܫܡܥ
ܫܠܝܛܐ ܕܡܪܕܝܢ ܐܚܕ ܠܐܚܘܗܝ ܘܠܐܚܪܢܐ ܕܝܪܝܐ
ܘܐܥܩܬ ܐܢܘܢ ܣܓܝ. ܐܦ ܥܠ
ܟܠܗܘܢ ܟܪܝܣܛܝܢܐ ܢܝܪܐ ܐܝܩܪ.

ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܗܕܐ ܫܘܪܝܐ ܗܘܐ ܠܚܘܕܬܐ
ܕܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܕܪܗܛܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܩܫܬܐ ܕܗܝܟܠܗ̇ ܡܢ
ܫܢܝܐ ܣܓܝܐܐ ܐܬܚܒܠܬ ܗܘܬ ܘܩܪܝܒܐ
ܗܘܬ ܠܡܦܠ. ܠܐ ܡܬܡܪܚܝܢ ܗܘܘ
ܪ̈ܥܘܬܐ ܘܡܗܝ̈ܡܢܐ ܕܢܪܡܘܢ ܒܗ̇ ܐܝܕܐ.
ܕܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܕܠܐ ܟܕ ܡܫܪܝܢ ܠܐ
ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܫܠܡܘ. ܦܝܣܗܘܢ ܗܟܝܠ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܝܗܒ ܐܢܘܢ. ܘܝܗܒ ܡܢ
ܕܝܠܗ ܚܡܫܝܢ ܕܝܢܪܐ. ܘܐܫܬܘܕܝ ܣܘܥܪܢ̈ܐ
ܐܚܪ̈ܢܐ. ܘܐܬܚܦܛܘ ܐܒܘ ܠܚܣܢ
ܐܪܟܕܝܐܩܘܢ ܘܪܘܡܢܘܣ ܪܒܝܬܐ
ܕܡܬܟܢܐ ܕܗܘ̈ܓܢ. ܘܣܬܪܘ ܠܩܫܬܐ
ܘܠܬܪ̈ܥܐ ܓܪ̈ܒܝܝܐ ܘܬܝܡܢܝܐ. ܘܫܪܝܘ
ܠܡܒܢܐ. ܘܐܝܬ ܗܘܘ ܐܢܫܝܢ
ܕܛܢܢܝܢ. ܡܢ ܗܠܝܢ ܟܕ ܚܙܘ ܬܪ̈ܥܐ

damnatus; quoniam vero ecclesiam nostram Mar Thomæ in Mardin instauraverat, hæc etiam ad ejus facultates accensita fuit, rapta ab Arabibus et in meskhitam conversa: quæ res summo mœrore affecit Christianos. Eo etiam tempore Hassan Barchulib quidam, monachus et presbyter item Mardinensis, cum a fratribus ob suam morum dissolutionem objurgaretur, fidem deseruit et transiit ad Arabes. Paulo post pœnitens factus concessit Jerosolyma et ad Christianismum reversus est: quod ubi rescivit præses *Mardini*, fratres illius et alios monachos apprehendit eosque pressuris affecit, imo erga Christianos omnes jugum aggravavit.

Eo anno incœpta est instauratio ecclesiæ magnæ Melitinensis, quæ dicitur « Cursoris ». Quamquam enim fornix ejus a multis annis læsus esset et ruinæ proximus, pastores tamen et fideles manum illi admovere ausi non fuerant, quippe qui timerent fore ut cum inchoassent consummare non possent. Igitur patriarcha animum eis addidit, ac de suo dedit quinquaginta denarios et subsidia alia promisit. Tum Abulhassan archidiaconus et Romanus œconomus, cognomine Dhavagan, diligentem operam exhibuerunt, atque, dirutis fornice ac januis septentrionali et australi, ædificare cœperunt; aderant autem nonnulli *horum* æmulatores, et hi quoque, cum viderent januas mirabili opere exstructas, *opus* urgendo sollicite promoverunt. Ita paulatim totam ecclesiam il-

ܐܫܬܪܝܬ . ܘܣܬܪܘ ܐܦ ܗܢܘܢ ܘܒܢܘܗ .
ܘܥܠܝܐ ܥܠܝܐ . ܟܕ ܟܠܗ ܗܘ ܥܡܐ ܫܘܐ
ܫܪܪܘ ܘܟܠܗ ܘܐܪܡܠܬܐ ܘܫܠܡܘ ܡܢ
ܕܠܗܘܢ ܟܠܗ ܡܗܝܡܢܐ ܐܡܝܢܐ ܪܘܡܢܘܣ . ܐܦ
ܐܬܡܛܠܬ ܒܢܝܢܐ ܫܢ̈ܝܢ ܗܘܝ ܫܬܐ ܫܠܡܘܬܗ
ܠܐ̈ܡܝܢ ܘܫܠܡܘܗ ܫܠܡܘܬܗ . ܘܢܦܩ ܕܝܢ
ܗܘ ܒܢܝܢܐ ܥܬܝܩܐ ܗܘܐ ܘܐܬܒܢܝ
ܒܝܕ ܐܦܝܣܩ . ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܪܗܛܐ
ܪܗܛܐ ܕܡܬܩܪܐ . ܗܕܐ ܗܘܬ ܕܝܢ ܒܫܢܬܐ
ܡܐܬܝܢ ܘܬܡܢܝܢ . ܫܢܝ ܕܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܢܐ .
ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܬܪܬܝܢ . ܚܠܦ
ܕܝܢ ܗܘ ܒܫܢܬܐ ܫܢܬ ܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥܡܐܐ
ܘܚܕ .

ܘܒܗ ܙܒܢܐ ܐܦ ܦܛܪܝܪܟ ܠܐܡܝܕ .
ܘܫܪܐ ܠܥܕܬܐ ܡܢ ܡܕܐܬܐ ܕܫܠܝܛܐ . ܕܟܠ
ܫܢܬܐ ܡܐܐ ܕܝܢܪ̈ܐ ܫܩܠ ܗܘܐ ܡܢܗ ܡܢ ܪܝܫܗ .
ܗ̈ܢܘܢ ܕܣܡܘ ܐܒܘ ܣܥܪ ܡܪܘܕܐ ܫܩܠ ܗܘܐ
ܒܙܒܢܗ . ܘܥܒܕ ܐܦ ܕܥܕܬܐ ܕܝܪܐ
ܕܩܢܩܪܐ ܕܒܢܝܢܐ ܠܒ̈ܢܐ ܘܩܝܣܐ . ܬܬܒܢܐ
ܕܟܐܦܐ ܘܓܝܪܐ ܗܘܬ .

ܘܒܗ ܙܒܢܐ ܐܢܫܐ ܕܩܠܝܢܝܩܘܣ
ܕܗܘ ܕܢܚܐ . ܡܢ ܡܫܒܠܝܢ ܗܘܘ
ܥܡܗ ܩ̈ܠܠ ܡܪܥܝܬܗ ܡܢ ܙܒܢܐ
ܕܐܬܢܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟ ܕܗܘ ܝܫܘܥ . ܐܙܠܘ
ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܕܐܬܟܢܫܬ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܚܢܢܝܐ . ܘܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܣܗܕ̈ܐ
ܡܗܝ̈ܡܢܐ . ܘܦܣܩܬ ܥܠܘܗܝ ܣܘܢܗܕܘܣ
ܕܬܠܬ ܫ̈ܢܝܢ ܢܗܘܐ ܒܕܝܪܐ ܕܐܦܪܟܝܐ
ܕܡܪܕܝܢ . ܥܕܡܐ ܕܕܝܢܗ ܢܬܦܪܫ . ܗܘ
ܕܝܢ ܒܬܪ ܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ ܕܝܬܒ . ܕܒܣ

lam magnam demoliti sunt, reædificarunt, altius erexerunt, perfecerunt, conspirantibus civibus universis; ipsæ viduæ occulto ea quae possidebant Romano fideli commiserunt. Duravit porro ædificatio annos sex, et absoluta fuit anno 1488 *(Chr.* 1177), expensis in eam bis mille daricis; antiquum autem ædificium erectum fuerat ab episcopo Ignatio « Cursore », anno millesimo ducentesimo octogesimo *(Chr.* 969), præsul vero ille obierat anno millesimo tercentesimo secundo *(Chr.* 991).

Eo tempore patriarcha concessit Amidam, et ecclesiam exemit a tributo præfecti, qui annue exigebat ab ejus præposito centum denarios, illi tempore impii Abusaar impositos. Cura sua pariter effecit ut ecclesia cœnobii Cancratæ, quæ lateribus et lignis constabat, saxis et calce ædificaretur.

Eo tempore cum Joanni Callinici, cognomine Denhæ, ejus diœcesani inde a tempore Athanasii patriarchæ qui et Josue cognominabatur essent infensi, perrexerunt ad synodum in monasterio Mar Ananiæ congregatam, eumque per testes idoneos accusarunt; synodus ergo sententiam adversus eum dixit, ut tribus annis commoraretur in monasterio provinciæ Mardinensis, interimque causa ipsius perpenderetur. Is autem, postquam ibi brevi tempore consedisset, spreta

ܒܢܡܘܣܐ . ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܐܢܫܝܢ ܢܡܘܣܝ̈ܐ
ܢܣܛܘܪ̈ܝܐ ܘܩܒܠ ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܐܡܪ
ܐܝܟ ܕܐܥܠܒܗ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܐܙܠ ܠܘܬ
ܫܠܝܛܢܐ . ܘܫܘܚܕ̈ܐ ܐܘܫܛ ܠܗ ܠܡܩܒܠܘ
ܩܛܓܪܝܗ . ܗܘ̇ ܕܝܢ ܐܬܚܡܬ ܪܒܐ ܫܕܪ ܘܐܝܬܝ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܠܘܬܗ . ܘܛܘܒܢܐ ܟܕ ܠܐ ܐܢܫ
ܐܝܬ ܗܘܐ ܥܡܗ ܣܓܝ ܐܠܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕ .
ܡܢ ܠܘܬܗ ܗܘܐ ܠܥܕܬܐ ܐܦܝܣܗ . ܘܐܡܪ ܠܗ
ܐܒܘ ܒܫܪ ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܕܡܪܕܝܢ . ܘܐܛܪܕ
ܕܢܚܐ . ܗܘ̇ ܕܝܢ ܬܘܒ ܐܬܓܪܓ ܡܢ ܣܛܢܐ ܘܐܙܠ
ܠܘܬ ܡܪܐ ܕܡܘܨܠ : ܘܐܫܬܘܕܝ ܐܠܦ
ܕܝܢܪ̈ܐ . ܐܢ ܢܫܠܛܝܘܗܝ ܥܠ ܟܠܗ ܒܝܬ
ܢܗܪ̈ܝܢ . ܘܫܕܪ ܫܠܝܛܐ ܦܪ̈ܫܐ ܘܐܝܬܝܘܗܝ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܠܢܨܝܒܝܢ . ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܠܘܬ
ܐܬܪܢܝܬܗ ܕܐܡܝܪܐ ܣܝܦ ܐܠܕܝܢ . ܘܬܡܢ
ܬܘܒ ܥܒܕ ܡܦܩܒܪܘܚܐ ܘܐܬܩܒܠ .
ܘܐܬܚܝܒ ܕܢܚܐ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܐܬܫܝܛ ܐܩܥܝ .
ܕܗܢܐ ܣܒܐ ܢܟܠܐ ܡܢܟܠܢܐ . ܠܐ ܒܠܚܘܕ
ܠܝ ܪܕܦ . ܐܠܐ ܐܦ ܠܛܝܝ̈ܐ ܐܠܨ ܕܢܗܘܘܢ
ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ . ܘܗܐ ܟܬܝܒܬܗ ܥܠܝܗ
ܥܡܝ ܐܝܬ . ܘܐܦܩ ܐܓܪܬܐ ܕܟܬܝܒ ܗܘܐ
ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܒܪ ܚܠܝܒ ܡܩܕܡ ܕܢܟܦܘܪ
ܡܪܚܒܘܬܗ ܡܟܐ ܕܠܡܗܓܪ . ܘܟܕ ܚܙܐܘܗ
ܠܗܕܐ ܛܝܝ̈ܐ ܐܬܚܡܬܘ . ܘܫܩܠܘ ܟܐ̈ܦܐ
ܕܢܪܓܡܘܢܝܗܝ . ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܕܬܡܢ ܫܒܩܘܗܝ
ܘܥܪܩܘ . ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ . ܐܬܪܚܡ ܐܠܗܐ
ܫܘܒܚ ܠܛܝܒܘܬܗ . ܘܐܬܦܢܝܘ ܐܢܫܝܢ
ܛܝܝ̈ܐ ܡܪ̈ܕܝܢܝܐ . ܘܟܕ ܐܫܬܘܕܥܘ ܠܥܒܕܐ ܐܡܪܘ .
ܕܗܢܐ ܒܪ ܚܠܝܒ ܕܥܠܘܗܝ ܡܠܬܐ .
ܡܩܕܡ ܕܝܪܝܐ ܗܘܐ ܘܩܫܝܫܐ . ܘܠܐ ܡܬܕܒܪ

sententia, legisperitos quosdam Nestorianos adiit, et litem instituit contra patriarcham, quasi calumnia ab eo affectus; hinc profectus est ad præfectum, eumque numeribus ad accusationem suam suscipiendam induxit; qui *præfectus* vehementer iratus patriarcham ad se jussit adduci; at beatus, neminem secum habens præter Abubascher archidiaconum Mardinensem, paucis verbis illi persuasit, ut repelleret Denham. Hic tamen iterum, incitatus a satana, abiit ad Mossulæ dominum, mille promittens denarios si ipsum toti Mesopotamiæ præficeret; misitque præfectus milites qui patriarcham adduxerunt Nisibin et statuerunt apud vicesgerentem emirae Siph-Aladin; illic denuo sui apologiam instituit, receptusque ipse fuit, damnatus vero Denha: qui, cum se contemptum esse vidit, exclamavit: «senex iste impostor non me solum persequitur, sed etiam Arabes cogit ut fiant Christiani; en scriptum de hac re penes me habeo.» Tum eduxit epistolam, scriptam a patriarcha ad Barchulib, in qua hunc, antequam ad Hagarenos defecerat, ob lasciviam ejus increpabat; quam cum vidissent Arabes, in furorem versi, lapides sustulerunt ut eum obruerent, et monachi quidem illic adstantes, eo relicto, aufugerunt. At eadem hora, Dei, cujus gratiæ laus esto, miseratione contigit ut adstarent Arabes quidam Mardinenses, qui negotio intellecto dixerunt: «Barchulib iste, de quo sermo est, prius monachus et sacerdos fuit, nec moribus erat honestis; in eum au-

ܗܘܐ ܐܠܨܗ . ܘܡܢ ܡܫܠܡܢܘܬܗ ܡܫܟܚܬܐ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܗܢܐ ܣܒܐ. ܘܠܐ ܒܬܪ ܕܐܬܗܦܟ ܗܓܪܝܐ ܐܬܪܟܢ ܫܠܝܛܐ . ܘܝܗܒ ܠܗ ܟܬܒܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܫܪܝܗ ܒܫܝܢܐ . ܘܡܢ ܗܟܝܠ ܟܕܝܢ ܐܬܦܣܩ ܣܒܪܗ ܕܕܢܚܐ . ܢܚܬ ܠܒܓܕܕ ܗܘܐ ܕܐܦ ܬܡܢ . ܘܗܝܕ ܡܗܝܡܢ̈ܐ ܐܝܬܝܘ ܠܟܬܒܢ̈ܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܘܛܪܕܘܗܝ . ܘܡܢ ܗܕܝܢ ܟܕ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܙܠ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܬܐ ܠܘܬܗ ܘܬܒ . ܘܫܕܪܗ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ . ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܕܐܬܐ ܠܕܝܪܐ ܢܬܠ ܠܗ ܕܘܟܬܐ . ܘܬܡܢ ܩܕܡ ܡܐܬܝܬܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ . ܫܢܝ ܡܢܗ .

ܘܒܫܢܬ̇ ܐܦܦܗ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܚܗܐ ܗܘ ܕܚܠܬܐ ܗܘܐ ܠܢܦܫܗ̇ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܐܪܚܩܗ̇ . ܘܠܥܢ̈ܐ ܡܪܥܝܬܗ ܒܣܘܥܪܢܐ ܒܝܫ̈ܐ ܐܒܐܫ ܗܘܐ ܒܐܟܠܩܪ̈ܨܐ . ܥܠܝܗ ܡܢ ܪܡܫܐ ܚܕ ܒܫܒܐ ܫܒܩ ܠܬܫܡܫܬܐ ܘܢܦܩ ܕܢܐܙܠ ܠܘܬ ܫܠܝܛܐ ܘܢܐܟܘܠ ܩܪܨܝܗܘܢ ܕܕܝܪ̈ܝܐ ܘܩܫ̈ܫܐ . ܘܒܠܠܝܐ ܦܓܥܘ ܒܗ ܟܘܪ̈ܕܝܐ ܘܐܬܥܪܩܘ ܗܠܝܢ ܕܥܡܗ . ܘܡܢ ܐܨܠܒܘܗܝ ܒܗ ܩܝܣܐ ܢܥܨܘ ܒܥܘܪܗ ܘܫܒܩܘܗܝ ܟܕ ܦܠܓ ܡܝܬܐ ܕܢܗܪ ܨܦܪܐ . ܐܬܘ ܐܢܫܝܢ ܘܐܫܟܚܘܗ̄ .

tem cum adhuc esset christianus invectus est iste senex patriarcha, minime vero postquam factus est moslemus.» Hinc præfectus placatus est, patriarchæ scriptum dedit eumque dimisit in pace. Igitur Denha, ex hac parte spe frustratus, descendit Bagdadum, ut pariter *et illic* accusationem proferret; sed fideles illius loci, acceptis a patriarcha epistolis, eum expulerunt. Postea, cum patriarcha profectus esset Antiochiam, ipsum ibi convenit et pœnitentiam egit, ac patriarcha illum misit ad montem Edessæ ut in cœnobio, cum ipse illuc pervenisset, locum ei concederet; sed ibi, ante adventum patriarchæ, diem clausit.

Anno 1485 *(Chr.* 1174) Ignatius Hahæ[1], qui ex animo suo timorem Dei abjecerat et gregem suum per calumnias multis affecerat malis, sub vesperum ante dominicam, deserto officio *sacro*, profectus est ad præfectum, monachos et presbyteros calumniaturus. Noctu vero obvios habuit Curdos[2], ejusque socii aufugerunt; atque illi, postquam eum cruciassent, stipitem ano ejus infixerunt[3] et semianimem reliquerunt; illucescente porro mane, advenerunt nonnulli eumque

[1]) Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 366, scribit: «*Hace*,» non recte. Debuisset juxta orthographiam a se alibi adhibitam legere «*Hahae*.» Erat autem ܚܗܐ *Haha* vel *Chacha*, castrum et oppidum episcopale regionis Turabdinensis. *Diss. de Monoph.*, p. 84.

[2]) ܩܪܕܘ̈ܝܐ *Curdi*, populi, regionem ab iis «Kurdistanum» hodie vocatam inhabitantes, quorum origini et historiæ spissæ tenebræ adhuc offusæ sunt. Curdos eosdem esse cum populis qui ab antiquis Καρδάκες, Καρδοῦχοι, Γορδυαῖοι, Κορδιαῖοι, *Gordiani*, appellabantur, autumat Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, IX, 630.

[3]) Assemanus, *Bibl. Orient.*, *loc. cit.*, scribit: «*ad stipitem alligatus interiit.*»

ܘܡܚܕܐ ܕܠܩܝܣܐ ܫܠܚܘܗ ، ܢܦܫܗ ܢܦܩܬ .
ܘܡܛܠ ܕܩܕܡ ܩܠܝܠ ܗܘ ܒܚܚ . ܓܒܪܐ
ܡܫܝܚܝܐ ܒܢܝ ܩܘܪܝܩܘܣ . ܡܪܙܘܩ
ܩܫܐ ܘܩܪܝܒܐ ܐܚܘܗܝ ܘܒܢܝܗܘܢ .
ܒܡܥܒܕܢܘܬܗ ܕܡܣܟܢܐ ܪܝܫܐ ܐܬܩܛܠܘ
ܗܘܘ . ܟܕ ܗܘ ܐܬܩܛܠ ܐܫܬܪܪܬ ܕܥܠ
ܐܝܕܝ ܐܢܫܐ ܕܗܠܝܢ ܐܒܕ .

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ.
ܡܛܠ ܕܡܢܗ ܕܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ
ܗܘܐ ܨܒܐ ܕܢܥܒܕ ܠܕܝܪܐ ܛܝܒܘܬܐ . ܘܫܪܪ
ܠܟܬܒܐ ܗܘ ܕܟܬܒܘ ܗܘܘ ܐܦܝܣܩ. ܒܣܘܢܗܕܘܣ
ܗܘ ܕܐܬܟܢܫ ܒܬܪ ܫܘܢܝܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܕܦܛܪܝܪܟ ܒܪܫܘܫܢ . ܕܠܐ ܟܠܠ ܢܫܬܠܛ
ܦܛܪܝܪܟ ܠܟܠܗ ܕܒܕܝܪܐ ܗܢܐ ܡܛܠ .
ܗܕܐ ܥܒܕܘ . ܡܛܠ ܕܐܢܫܝܢ ܡܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܩܕܡܝܢ . ܟܕ ܐܬܐܠܨܘ ܡܢ
ܫܠܝܛܢܐ . ܫܩܠܘ ܐܢܐ ܟܠ ܡܐܢܐ ܕܡܠܟܐ
ܘܦܠܚܘ ܣܢܝܩܘܬܗܘܢ . ܘܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܕܗܒܐ
ܕܝܙܦܬܐ ܢܣܒܘ ܘܗܕܐ ܘܠܐ ܦܪܥܘ . ܒܪܡ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܬܒܘ ܒܬܪܘܢܘܣ ܠܐ ܩܪܘܗ
ܠܟܬܒܐ . ܘܦܫ ܗܘܐ ܠܐ ܡܫܡܠܝܐ .
ܥܕܡܐ ܕܫܪܪܗ ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ ܗܘܐ .
ܘܡܚܕܐ ܐܝܟ ܣܘܣܘܬܐ ܡܢ ܦܓܘܕܬܐ[1] ܐܫܬܪܝܘ
ܘܦܩܪܘ . ܘܐܡܪܡܘ ܥܠ ܦܛܪܝܪܟ . ܘܗܘ ܕܝܢ
ܐܪܦܝ ܐܢܘܢ ܘܐܙܠ ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ . ܘܟܕ
ܥܡ ܡܫܪܘܩܝܬܐ ܢܡܘܣܝܬܐ ܫܪܝ
ܠܬܘܪܨܐ ܘܠܐ ܗܢܝ . ܒܫܒܛܐ ܐܬܦܫܛ ܐܝܟ
ܦܘܩܕܢܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܬܪܡܐ ܫܘܚܢܐ

repererunt; at ille, statim ac lignum evulsissent, efflavit animam. Quia autem paulo ante Hahæ viri quidam Christiani, Cyriaci filii, Merzuk presbyter hujusque frater ac illorum liberi, opera miseri præsulis interfecti fuerant, idcirco quando ipse fuit occisus, opinio invaluit eum per tales qui ultionem de illis exegerint periisse.

Sub id tempus patriarcha Mar Michaël, quod esset ipse e cœnobio Mar Barsumæ, voluit cœnobio præsidium gratiose præstare, confirmavitque concessionem olim ab episcopis, in synodo post obitum Mar Joannis Barsusan coacta, scripto datam, juxta quam patriarcha nullo modo jurisdictionem exerceret in cœnobium; nimirum, hoc illi fecerant quia quondam patriarchæ nonnulli, ubi præfectorum exactionibus premebantur, argenti supellectilem qua necessitatibus suis subvenirent, invaserant, alii vero aurum sub specie mutui acceptum non reddiderant. Attamen patriarchæ, exinde in cathedra sedentes, minime ratam habuerunt istiusmodi concessionem, quæ proinde remansit inefficax donec illam Mar Michaël confirmasset. Tunc illico cœnobitæ, instar equi freno[1] soluti, petulantia sua patriarcham offenderunt; is autem, illis relictis, profectus est ad cœnobium Mar Ananiæ; et, postquam sibilo legitimo correctioni allaborasset frustra, usus est baculo juxta præceptum, ne ulcus desineret in cancrum:

[1]) ܦܓܘܕܬܐ deest in Smithii *Thesauro syriaco*.

ܠܕܝܪܝܘܬܐ . ܘܡܟܝܠ ܐܬܬܘܝܘ ܕܢܦܩܘ .
ܘܫܕܪܘ ܠܩܫ̈ܝܫܐ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܐܝܬܝܘܗܝ
ܘܫܪܐ ܠܚܪܡܗܘܢ . ܗܘ ܕܦܠܓܘܬܐ ܠܟܘܪܗܐ
ܗܘ ܠܟܠܗ ܩܘܪܒܐ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܩܡܬ ܦܠܓܘܬܐ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܥܡ ܡܦܪܝܢܐ ܝܘܚܢܢ . ܡܛܠ
ܚܣܣܢ̈ܝܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܬܫܥܐ ܒܡܕܢܚܝܬܐ
ܡܕܢ̈ܚܝܐ . ܘܒܡܨܪܝܢ ܬܘܒ ܡܠܦܢܐ ܐܠܦ
ܣܡܝܐ ܕܫܡܗ ܡܪܩܘܣ ܒܪ ܩܢܒܪܐ ܫܪܝ
ܕܢܟܪܙ ܡܛܠ ܬܘܕܝܬܐ ܕܚܛܗ̈ܐ . ܐܝܟ
ܐܝܟ ܪܥܝܢܐ ܕܡܨܠܝ̈ܢܐ ܛܢܦ̈ܐ . ܘܒܪܥܝܢܐ
ܕܠܡܦܛܝܘܣ . ܕܒܟܠ ܦܓܪܐ ܐܝܟ ܠܐ ܦܓܪܢܐ
ܗܘܝܢܢ . ܘܠܠܐ ܚܫܘܫܘܬܐ ܡܛܝܐ ܟܠ ܕܡܘܕܐ
ܒܚܛܗ̈ܘܗܝ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܫܪܝ
ܡܪܩܘܣ ܦܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܠܡܣܠܝ
ܠܬܘܕܝܬܐ ܠܓܡܪ . ܘܗܘܐ ܣܕܩܐ ܪܒܐ
ܒܟܠܗ ܡܨܪܝܢ . ܕܐܢܫܝܢ ܡܢ ܠܒܪ
ܩܢܒܪܐ ܡܦܪܣܝܢ ܗܘܘ ܘܠܦܛܪܝܪܟܐ

tum cœnobitæ, pœnitentia ducti, ad patriarcham miserunt fratres seniores qui eum reduxerunt; ipse vero, rescisso prius decreto, dissidii causa, illis preces *communionis* restituit.

Eodem tempore inter patriarcham et Mar Joannem maphrianum exorta est dissensio occasione Hassassanitarum[1], prout exponetur in historiis orientalibus. In Ægypto etiam, doctor quidam cæcus, nomine Marcus, Konbari filius, prædicare cœpit de confessione peccatorum ad mentem impurorum Messalianorum[2] et e sententia Lampetii[3], quod nempe in corpore tanquam incorporei simus futuri, quodque ad impassibilitatem sit perventurus quicunque peccata sua confitetur. Quamobrem, cœpit Marcus papa Alexandriæ confessionem omnino rejicere. Hinc in universa Ægypto magnum schisma ortum est, siquidem alii Konbari filium defendebant et damnabant patriarcham, alii contra-

[1]) ܚܣܣܢ̈ܝܐ *Hassassanitæ*, populi regionis Tagriteosis, de quibus fusius sermo instituetur in altera hujus *Chronici* sectione.

[2]) ܡܨܠܝ̈ܢܐ *Messaliani*, id est *orantes* a ܨܠܝ *oravit*, græce Εὐχῖται dicuntur. Hæretici isti sæculo IV in Mesopotamia exorti et inde per Syriam dilatati, toti in orationes intenti cetera negligebant, et, abjectis propter falsam Evangelii interpretationem, bonis fortunæ, otiosi errabant per vicos ac plateas, viris promiscue cum mulieribus dormientibus. S. Epiphanius (*Hær.* LXXX) et Theodoretus (*Hæret. fab.* IV, 11), e quibus hæc desumpsimus, non docent quid senserint de confessione. Fortasse ab Audianis, secta circa idem tempus in eadem regione exorta, sua de hac re placita acceperint. Porro Audiani « *remissionem peccatorum*, teste eodem Theodoreto (*lib. cit.*, IV, 10), *dare se jactant. Duas enim in partes libros sacros cum adulterinis dividentes, et ordine hinc inde collocantes, inter hos jubent transire unumquemque et peccata sua confiteri : deinde confessis dant veniam, non tempus ad pœnitentiam definientes, sicut Ecclesiæ leges præcipiunt sed ex potestate condonantes. Scientes autem, qui sic transeunt, ludum esse quod agitur, vera peccata celant et parva quædam risu digna dicunt.* »

[3]) ܠܡܦܛܝܘܣ *Lampetius*, non Lemophotius, ut vertit Assemanus qui fatetur se ignorare quisnam sit ille Lemophotius. Quippe Lampetius unus e primis Messalianis propter pravos mores et falsas doctrinas a sacerdotio depositus fuit ab Hormiza, Comanes episcopo, ut tradit Photius, *Biblioth.*, cod. 52.

ܡܬܢܨܚܝܢ . ܘܐܓܪ̈ܬܐ ܕܝܢ ܟܬܒܘ . ܘܫܕܪܘ
ܐܝܬܝܐ ܠܬܪ̈ܝܗܘܢ ܓ̈ܒܐ . ܘܫܕܪܘ ܠܘܬ ܡܪܝ
ܡܝܟܐܝܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܟܕ ܗܘ ܒܐܢܛܝܘܟܝ . ܗܘ
ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܟܪܟܐ ܡܓܠܬܐ ܒܐܪ̈ܝܟܘܬܐ .
ܘܠܗܪܣܝܣ ܕܡܨ̈ܠܝܢܐ ܐܦܝܣ . ܘܠܩܛܕܝܩܘܣܝܣ
ܕܒܪ ܩܘܢܒܪ ܫܪܪ . ܥܕܡܐ ܕܩܘܐ ܒܗܕܐ ܣܒܪܬܐ
ܡܩܘܝܐ . ܘܠܗ ܠܦܦܐ ܟܬܒ . ܕܠܐ ܙܕܩ ܕܡܛܠ
ܛܥܝܘܬܗ ܕܒܪ ܩܘܢܒܪ ܢܫܬܠܐ ܗܝ
ܬܘܕܝܬܐ .[1]

ܘܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ
ܘܚܕܐ . ܟܕ ܐܬܐ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܠܥܘܡܪܐ . ܐܪܡܝ ܫܬܐܣ̈ܬܐ ܠܗܝܟܠܐ ܚܕܬܐ
ܕܒܢܐ ܒܗ ܒܥܘܡܪܐ . ܘܩܢܝ ܒܗ ܣܛܢܐ
ܕܚܣܡܐ ܐܢܝܪ ܣܟܠܐ ܕܐܬܪܘܪܒ ܥܠ ܗܘܢ .
ܬܠܡܝܕܗ ܗܘ ܕܝܢ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܕܡܬܩܪܐ ܒܪ ܘܗܒܘܢ .

rium faciebant. Igitur ex utraque parte epistolas scripserunt et ad Mar Michaëlem patriarcham, Antiochiæ commorantem, miserunt; atque beatus ille libellum conscripsit prolixum, in quo hæresin Messalianorum impugnabat et damnationem filii Konbari, quamdiu in ista sententia persisteret, ratam habebat, papæ vero scribebat æquum non esse ut propter errorem filii Konbari ipsam confessionem rejiceret[1].

Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo (*Chr.* 1180), cum patriarcha Antiochia rediisset ad cœnobium, templi novi quod ædificavit in cœnobio fundamenta jecit. Tunc, invidia diaboli incitus, ausus schismaticos adorsus est Theodorus Barvehebum, ejusdem patriarchæ discipulus

[1]) Confessionem peccatorum sacerdoti faciendam ad obtinendam peccatorum romissionom in sacramento pœnitentiæ ab omnibus Orientalibus usque ad sæculum XII fuisse receptam multis argumontis probat Renaudotius in *Perpétuité de la foi*, t. V, lib. 3-4; addenda sunt pro Syria præclara testimonia Aphraatis (*The Homelies of Aphraates*, 135, sqq.), S. Ephræmi (*Bibl. Or.*, I, 120, et *Opp.* III, 391) et Ebed-Jesu Nestoriani in libro *Margaritæ* ap. Maï *Script. vet. nov. coll.*, X, 334, præsertim vero *Ordo pœnitentiæ* a Dionysio Barsalibæo conscriptus una cum *canonibus pœnitentialibus*. Quod autem Marcus, Zaraæ filius, patriarcha Alexandrinus, vestigiis insistendo Joannis, sui prædecessoris, confessionem apud Jacobitas Ægyptios abrogaverit, ut hic refert Barhebræus confirmant Macrisius, Abuselab Armenus qui fuse de hac re scripsit, *Chronicon Orientale*, Michael patriarcha Antiochenus in tractatu *De præparatione ad communionem*, et Michael, archiepiscopus Damiatensis, qui Marci sententiam scriptis defendit. Ebnassalus (*Bibl. Or.*, II, 367) quidem Marcum conatur excusare asserendo patriarcham Marcum non malo de confessione sensisse, sed eam sustulisse propter defectum sacerdotum, qui essent ad excipiendas confessiones idonei; at ex scriptis archiepiscopi Damiatensis patet Marcum confessionem rejecisse omnino; nam contendit ille auctor confessionem esse contra S. Marci prædicationem et contra ipsius Christi institutum, nec aliud requiri nisi ut quisque peccata sua secreto confiteatur super fumante thuribulo, dum incensum sacerdos aut diaconus adolent. Vid. Renaudot, *Perpétuité*, l. c. p. 244, sqq. » Quod vero ad errorem Marci, filii Konbari, spectat, inquit Assemanus l. c., quum Abuselah Armenus et auctor vitæ Marci 73[1] Alexandrini patriarchæ, nullam ejus mentionem faciant, existimo calumniam fuisse ab ipso Marco patriarcha ejusque assentatoribus adversus filium Konbari excogitatam, ut impiæ suæ doctrinæ, quam adversus confessionem in vulgus spargebant, fucum facerent, et ab eis ad Syros Jacobitas per famam et litteras devenisse: unde hæc haurire potuit Barhebræus quæ supra de eodem Konbari filio scripsit. »

ܗܘ ܕܐܦ ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܗܘ ܡܩܒܠܗ
ܦܛܪܝܪܟܗ ܗܘܐ. ܐܪܒܥܐ ܓܝܪ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܫܡܥܘܢ
ܕܐܪܙܘܢ . ܘܝܫܘܥ ܣܦܪܐ ܕܚܣܢܐ ܕܙܐܝܕ .
ܘܐܒܪܗܡ ܕܐܡܝܕ . ܘܪܒܝܥܝܐ ܗܘ
ܕܣܒܐܒܪܟ . ܟܕ ܐܬܟܣܝܘ ܡܢ ܦܛܪ̈
ܡܛܠ ܣܟ̈ܠܘܬܐ ܕܐ̈ܢܝܢ ܐ̈ܢܝܢ . ܐܙܠܘ
ܠܐܡܝܕ . ܘܐܫܬܘܕܝܘ ܠܡܫܠܛܢܐ ܐܒܘ
ܠܩܐܣܡ ܒܪ ܢܝܣܢ ܕܗܒܐ . ܕܢܦܣܘܢ
ܦܛܪ̈ ܕܢܬܒ ܒܡܕܝܢܬܗ . ܘܡܟܢܫ ܡܢ
ܟܠ ܕܘܟ ܢܩܪܒ ܠܗ . ܘܢܣܒܘ ܡܢܗ
ܟܬܒܐ ܕܦܘܪܫܢܐ ܠܒܪ ܘܗܒܘܢ . ܘܬܘܒ ܗܘ
ܐܒܪܗܡ ܕܐܡܝܕ . ܘܐܙܠ ܐܝܬܝܗ ܠܒܪ
ܘܗܒܘܢ . ܘܒܗܘ ܒܙܒܢܐ ܡܝܬ ܐܒܘ
ܠܩܐܣܡ ܗܘ ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܟܬܒܐ .
ܘܐܬܦܢܝܘ ܠܘܬ ܒܪܗ . ܘܚܘܝܘ ܠܗ ܟܬܒܐ
ܕܐܒܘܗܝ . ܘܐܦܣ ܠܗܘܢ ܕܢܥܒܕܘܢ ܐܝܟ
ܕܨܒܝܢ. ܩܫܝ̈ܫܐ ܕܝܢ ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܘܟܠܗ ܥܡܐ.
ܐܬܪܓܫܘ ܥܠ ܫܠܝܛܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܕܠܐ
ܡܫܒܩܝܢ ܕܬܬܛܠܡ ܗܝܡܢܘܬܢ . ܗܘ ܕܝܢ
ܦܩܕ ܠܥܡܐ. ܕܐܢ ܐܬܐ ܦܛܪܝܪܟܟܘܢ ܠܘܬܢ
ܡܠܝ ܛܪܕܝܢܢ ܠܗ . ܗܝܕܝܢ ܗܠܝܢ ܠܥܠܬ
ܠܥܕܬܐ . ܘܒܠܠܝܐ ܟܕ ܐܚܝܕܝܢ ܬܪ̈ܥܐ .
ܐܣܪܚܘܗܝ ܠܒܪܘܗܒܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܟܠ .

ac alumnus, quem e baptismo ipse patriarcha susceperat. Etenim episcopi quatuor, Simeon Arzuni[1], Josue scriba Castri Zaid, Abraham Amidæ, et quartus Sibabarechæ, cum fuissent a patriarcha reprehensi ob varii generis delicta, profecti sunt Amidam atque præfecto Abulkasemo Barnisan aurum polliciti sunt, si ipsis permitteret patriarcham constituere qui in ejus civitate sederet eique *pecuniam* undequaque collectam offerret. Hinc ab illo acceperunt libellum electionis pro Barvehebuno, ac porro Abraham Amidæ ad Barvehebunum profectus est eumque *secum* adduxit; mortuo autem sub id tempus Abulkasemo[2] qui dederat eis libellum, hujus filium adierunt, atque ab eo, exhibito libello ipsius patris, licentiam obtinuerunt agendi prout vellent. At vero presbyteri, monachi et populus universus contra præfectum tumultuati sunt, protestantes se non permissuros ut ipsorum religio destrueretur; ille autem populo respondit : «si ad nos venerit patriarcha vester, eum ejiciemus.» Interim *episcopi* illi ascenderunt in ecclesiam, et noctu, foribus clausis, Barvehebunum ordinarunt in

1) ܐܪܙܘܢ *Arzun*, urbs Armeniæ in confinio Mesopotamiæ, Arzan Arabibus dicta : unde *Arzanene* regio; *Arzane* dicitur Theophano, *Arzanene* Marcellino, *Arsanice* Petro Patricio, *Arzaniorum oppidum* Procopio. Ita Assemanus, *Diss. de Nestor.*, 723. Vocatur *Arzan*, *Erzen*, *Arsanene*, *Herzin* apud Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, IX, 785, X, 90, 92, 99, 258, XI, 35, 75, 105. Arzun, orbs et provincia est hodie trans Tigrim sita in Kurdistano Turcico.

2) Mortuus non est Abulkasemus ante annum 1183, quo Salahaddinus ab ejus potestate eripuit orbem Amidam, ut narratur in prima hujus *Chronici* parte *text. syr.* 388, *vers. lat.* 396. In hoc loco Barhebræus narrat Salahaddinum, quom Amidam expugnasset, ejus principatum tradidisse Nuraldino, filio Kara-Arsalani, eoi successit, circa annum 1185, Kotebaldin Sokman, ejus filius. Conjecerim filium Abulkasemi Amidam, sub summo Nuraldini principatu, gubernasse.

ܘܒܨܦܪܐ ܫܚܠܦܘ ܐܣܟܡܝܗܘܢ. ܘܠܩܘܒܠ
ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܘܨܠܐ. ܟܕ ܫܡܥ ܠܗܠܝܢ ܟܠܗ
ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܥܒܝܕܢ
ܕܥܒܕܘ. ܥܩܬ ܠܗ ܛܒ. ܘܟܢܫ ܐܦܣܩ̈ܦܐ
ܘܐܙܠ ܠܐܡܝܕ ܘܫܝܢ ܠܡܫܠܛܢܐ. ܘܡܢ
ܬܡܢ ܐܙܠ ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ. ܘܡܦܪ̈
ܝܢܐ. ܐܦܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܦܠܓܘܬܐ ܒܝܢܗ ܠܦܛܪܝܪ̈
ܟܐ ܡܛܠ ܚܣܣܢܝܐ. ܦܪܝܫ ܠܐ ܗܘܐ ܡܫܠܡ
ܠܒܪ ܥܒܕܗܒܢ ܘܠܢܩܝܦܘܗܝ ܕܥܡܗ. ܐܠܐ ܟܢܫ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܐܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܡܛܠ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܡܕܢܚܐ ܣܢܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ،
ܫܒܩܘ ܠܡܘܨܠ ܘܐܙܠܘ ܠܕܪܐ ܡܕܝܢܬܐ.
ܘܫܠܚ ܡܦܪܝܢܐ ܘܥܡܗ ܡܢ ܐܦܝܣܩ̈
ܘܕܝܪ̈ܝܐ. ܘܐܝܬܝܘ ܐܢܘܢ ܐܣܝܪܐ.
ܘܟܕ ܟܢܫܘ ܗܘܐ ܣܘܢܗܕܘܣ،
ܒܥܘ ܡܦܩܢ ܒܪܘܚܐ. ܕܚܢܢ ܠܐ ܒܥܝܢ
ܗܘܝܢ ܕܒܚܝܝܟ ܢܬܕܒܪ ܥܕܬܐ. ܐܠܐ
ܡܛܠ ܕܐܫܬܘܕܥܢ ܡܢܟ. ܕܠܒܪ ܐܚܘܟ.
ܝܫܘܥ ܣܦܛܢܐ ܫܒܩܬ ܠܟܘܪܣܝܐ ܐܝܟ
ܡܘܪܬܐ ܥܠܡܢܝܬܐ ܘܐܣܬܪܟܘ ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܦܛܪܝܪ̈
ܟܘܬܐ. ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܩܒܠܬ ܡܦܩܢ ܒܪܘܚܗܘܢ.
ܩܛܝܪܐ ܐܬܕܒܪܘ ܐܢܘܢ ܘܒܪ ܥܒܕܗܒܢ
ܥܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܦܪܝܢܐ ܠܕܝܪܐ.
ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܢܚܬܘܢ.

patriarcham; dein, mane facto mutatoque habitu, recta contenderunt Mossulam ad maphrianum. Patriarcha autem, auditis quæ gesta fuerant ab illis, contristatus est valde, episcopos convocavit, et, Amidam profectus, præfectum sibi reconciliavit, ac porro in cœnobium Mar Ananiæ discessit. Pariter maphrianus, etsi ipsum inter et patriarcham dissidium exstaret propter Hassassanitas, tantum abfuit ut Barvehebuno ejusque asseclis consentiret, ut contra, præsulibus suis convocatis, adierit patriarcham. Tum illi, *nimirum schismatici*, quod ab omni populo Orientis improbarentur, relicta Mossula in urbem Daram digressi sunt; at maphrianus et cum eo nonnulli monachi et episcopi illico profecti sunt, eosque vinculis constrictos adduxerunt, qui porro, cum coacta esset synodus, excusationem protulerunt: „ nos, *aiebant*, hunc non constituimus ut te superstite moderaretur ecclesiam; verum, quum a te ipso perceperimus te habere in animo ut fratris tui filium, videlicet Josuam Sephtanam[1], cathedræ instar potestatis sæcularis hæredem faceres, idcirco zelo ducti istum constituimus qui post obitum tuum sacro munere fungeretur. „ Sed isthæc illorum explicatio admissa non fuit, et vi ipsi ac Barvehebun abducti sunt, ut cum patriarcha et maphriano ad cœnobium Mar Barsumæ concederent; in itinere

[1]) Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 215, nomen istud præter morem suum latine vertit per: *labeonem;* maluimus vero hic, ut sæpius, nomini formam aramaicam servare; cum alioquin non gentilicia voce *labeonis*, sed appellativa *labrosi* reddendum fuisset.

ܗܝܕܝܢ ܪܛܢ ܡܦܪܝܢܐ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܠܐ ܫܒܩ ܕܢܐܣܪܘܢܗܝ . ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ
ܐܬܒܥܝ ܘܐܫܬܟܚ ܘܐܬܬܚܕ ܘܐܬܕܒܪ ܥܡܗܘܢ
ܠܕܝܪܐ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܬܡܢ ܣܓܝܐܐ ܕܐܦܣܩܘܦܐ
ܘܚܪܡܘܗܝ . ܡܫܬܥܐܝܢ ܕܝܢ ܕܒܥܕܢ ܩܘܪܒܐ
ܐܫܠܚܘܗܝ ܐܣܟܝܡܗ . ܘܐܠܒܫܘܗܝ ܠܒܘܫܐ
ܕܥܠܡܝܐ . ܘܣܡܘ ܠܗ ܩܘܒܥܐ ܣܘܡܩܐ
ܒܪܝܫܗ . ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܣܛܪ ܓܒܐ
ܕܡܕܒܚܐ . ܘܐܬܠܟܝ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܘܪܩܘ
ܒܐܦܘܗܝ . ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܩܒܠܘ ܐܪ̈ܙܐ .
ܠܗܢܐ ܕܝܢ ܙܢܐ ܕ....ܐ . ܠܐ ܐܕܟܪ ܛܘܒܢܐ
ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ . ܐܠܐ ܚܢܢ ܡܢ ܣܒ̈ܐ ܫܪ̈ܝܪܐ
ܫܡܥܢ ܠܡܫܬܥܝܢܘܬܐ ܗܕܐ ܕܗܟܢܐ
ܐܬܓܕܫ ܠܗ . ܐܢ ܫܪܝܪ . ....ܐ .

ܘܒܬܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܦܣܩ ܟܠܚܕ ܠܡܪܥܝܬܗ
ܟܕ ܫܩܝܠ ܟܬܒܐ ܕܫܘܠܚܗ ܕܒܪ ܘܗܒܘܢ .
ܘܗܘ ܒܪ ܘܗܒܘܢ ܩܘܝ ܒܕܝܪܐ ܐܝܟ ܕܒܢܛܘܪ
ܠܡܛܪܬܐ ܒܪܡ ܡܢ ܐܣܟܝܡ ܠܗ ܐܠܒܫܘܗܝ
ܕܝܪܝܘܬܐ . ܘܐܦ ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܦܟ ܠܡܪܕܝܢ .
ܗܝܕܝܢ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܚܫܘ
ܥܠ ܒܪ ܘܗܒܘܢ . ܐܫܪܝܘܗܝ ܒܚܒܠܐ ܡܢ
ܥܠ ܫܘܪܐ ܕܕܝܪܐ. ܘܥܪܩ ܠܕܪܡܣܘܩ.
ܘܥܒܕ ܟܬܒܐ ܥܪܒܝܐ . ܡܛܠ ܕܝܕܥ
ܡܗܝܪ ܗܘܐ ܒܐܪܒܥܐ ܠܫܢܝܢ ܝܘܢܝܐ .
ܣܘܪܝܝܐ ܘܐܪܡܢܝܐ ܘܣܪܩܝܐ. ܘܡܢ ܩܕܡ

vero Barvehebun sese subduxit et abscondidit, ut, dum ceteri pergerent, aufugeret ipse; tum patriarchæ obmurmuravit maphrianus quod illum ligari haud permisisset; verum mox, facta perquisitione, repertus fuit, apprehensus ductusque cum illis in cœnobium, ubi cum, multis præsulibus congregatis, damnarunt. Fertur autem cum tempore sacrificii habitu proprio exutum, veste sæculari vestitum fuisse, ejusque capiti cucullum rubrum impositum; deinde, cum illum statuissent ad latus altaris, omnes processisse et in faciem ejus exspuisse, et porro mysteria percepisse. Hunc quidem depositionis[1] modum beatus Mar Michaël non commemoravit; sed nos e pluribus senibus fide dignis hæc ita contigisse audivimus : quæ si vera sint, haud sane decent[2].

His porro actis, unusquisque episcopus, secum ferens libellum depositionis Barvehebuni, ad gregem suum reversus est, atque ipse Barvehebun remansit in cœnobio veluti in custodia, habitu tamen monachali donatus. Patriarcha quoque regressus est Mardinum. Tum cœnobitarum nonnulli, miseratione in Barvehebunum moti, noctu illum per murum cœnobii funibus demiserunt; qui Damascum aufugit et librum arabice composuit : etenim quatuor linguas, græcam, syriacam, armeniacam et saracenicam,

[1]) Vocem ܕܫܘܠܚܐ in codice nostro erasam ex *Bibl. Orient.*, II, 214, in versione supplemus.

[2]) Item voces ܠܐ ܫܘܐ pariter supplemus.

ܘܟܠܗ ܗܘܐ ܠܗ ܒܪܕܘܬܐ ܡܪܬܝܐ. ܒܡܡܠܠܘܬܐ
ܘܒܫܘܒܚܐ ܡܠܬܐ. ܫܪܝܪ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܪܢܫ
ܒܡܢܬܐ ܦܪܟܛܝܩܝܬܐ ܕܦܝܠܘܣܘܦܘܬܐ .
ܘܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܕܘܒܪܐ ܡܬܩܢܐ ܕܢܛܪܝܘܗܝ
ܡܢ ܛܥܝܐ . ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܥܠܬܐ ܡܫܝܚܝܐ
ܢܡܘܣܝܩܐ ܕܐܬܪܐ ܠܐ ܫܒܩܘܗܝ ܕܢܬܩܝܡ
ܠܘܬ ܫܠܝܛܐ ܨܠܐܚ ܐܠܕܝܢ . ܫܒܩܗ
ܕܡܫܘܩ ܘܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ . ܘܐܫܬܒܩ ܡܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ . ܘܐܬܕܠܚܬ ܥܕܬܐ
ܕܝܠܢ . ܥܕܡܐ ܕܟܒܫܘܗ ܛܝ̈ܝܐ ܠܐܘܪܫܠܡ.
ܘܐܫܬܒܩ ܒܪ ܘܗܒܘܢ . ܘܐܦܢܝ ܦܪܨܘܦܗ
ܠܡܕܢܚܐ . ܡܛܠ ܕܫܡܥ ܥܠ ܫܘܢܝܗ
ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܦܪܝܢܐ . ܘܐܫܬܘܕܝ ܕܗܒܐ
ܠܫܠܝܛܐ ܕܡܪܕܝܢ ܘܕܡܘܨܠ . ܘܐܦܠܐ ܐܨܠܚ
ܐܘܪܚܗ .

ܘܐܦ ܗܘ ܐܙܠ ܠܩܠܥܬܐ ܪܗܘܡܝܬܐ ܠܘܬ
ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ . ܘܩܒܠܗ ܒܚܕܘܬܐ
ܘܝܩܪܗ ܛܒ . ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ ܕܐܦ ܕܗܘܐ

apprime callebat, atque revera inter coætaneos suos sibi doctrina et eloquentia parem habebat neminem; carebat vero parte practica philosophiæ, neque ea illi erat conversatio proba qua sibi ab errore caveret. Atque hæc causa fuit cur christiani legisperiti illius loci rem illi apud præfectum Salahaddinum[1] succedere non permiserint. Ille igitur, relicto Damasco, abiit Hierosolyma, ubi exceptus fuit a patriarcha Francorum[2], ecclesia vero *Jacobitica* illius loci perturba mansit, donec Arabes Hierosolyma expugnassent[3]. Tum liber evasit Barvehebun, atque aspectum suum direxit ad Orientem, eo quod de obitu Mar Joannis maphriani certior factus esset : porro præfecto Mardini et Mossulæ aurum promisit, quin illic prospero usus sit exitu.

Inde digressus recepit sese in Castrum Romanum apud catholicum Armenorum[4], qui eum cum gaudio rece-

[1]) ܨܠܚ ܐܠܕܝܢ, arabice *Salah-ud-din*, quod nomen latine Salahadinus vel *Saladinus* scribitur, vir belli peritissimus et inter hostes christianorum in expeditionibus cruciatis celeberrimus simul et fortissimus, cujus historiam fuse prosequitur Barhebræus in prima hujus Chronici parte, Damasco potitus est, juxta Barhebræum, anno Arabum 570, Christi 1174. Cfr. *Chronici* pars I, *text. syr.*, p. 374, *vers. lat.*, p. 381.

[2]) Erat is Eraclius vel Eracleus, qui anno 1180 successit Amalrico et decessit anno 1191, dum Acon a Christianis obsideretur. Cfr. Lequien, *Oriens Christ.*, III, 1251.

[3]) Diem et annum expugnatorum Hierosolymorum sic definit Barhebræus in *Chronico*, part. I, text. syr., 405 : ܐܫܬܠܛ ܕܝܢ ܨܠܚ ܐܠܕܝܢ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܒܝܘܡ ܥܪܘܒܬܐ ܒܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥܐ ܕܝܪܚܐ ܫܒܝܥܝܐ ܕܝܠܗܘܢ ܕܗܘ ܫܢܬ ܦܓ ܠܥܩܒܝܢ ܕܗܘ ܬܪܥܣܪ ܕܬܫܪܝܢ ܩܕܝܡ ܫܢܬ ܐܨܚ ܒܬܪ ܥܣܪܝܢ ܘܬܡܢܝܐ ܝܘܡܝܢ ܕܟܢܫܐ ܕܫܬܐ ܟܘ̈ܟܒܐ . « *Potitus est Saladinus Hierosolymis feria sexta die 27 mensis septimi eorum* (Muhammedanorum), *anni Arabum* 583, *qui est dies* 12[us] *Teschrin prioris* (Octobris) *anni* (*Græcorum*) 1498, *diebus* 28 *post conjunctionem sex planetarum.* » (In textu syriaco mendose scribitur ܠܥܩܒܝܢ pro ܠܥܩܒܝܢ ut patet ex contextu loci citati). — Juxta Ibn-Alathir Hierosolyma capta fuit die veneris 24 mensis Redjebi anni hegiræ 583. Marinus Sanutus (lib. III, p. IX, c. 6) urbem captam refert die 2ª Oct. 1187. Coggeshale, testis ocularis, captionem refert ad 3 Oct. 1187, quem sequuntur Michaud, Fluegel, alii. Cfr. Dulaurier, *Recherches sur la Chronol. arménienne*. Paris 1869, p. 327.

[4]) Gregorium, cognomine *Degham*, Nersetis Claiensis e fratre nepotem, qui Nersecti mortuo anno 1173 successit et postquam viginti annos sedem patriarchalem tenuisset decessit anno 1193.

ܣܝܥܐ ܘܢܩܦܘܬܐ ܪܒܬܐ ܥܒܕ ܥܕܡܐ
ܕܢܦܩ ܗܘܐ ܠܡ̈ܘܗܒܬܐ ܕܠܐܡܝܪ̈ܐ ܕܒܣܘܪܝܐ
ܘܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ . ܟܕ ܡܫܬܒܩ ܗܘܐ
ܕܢܫܒܘܩ ܠܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ . ܘܢܩܝܡ
ܠܒܪܘܗܒܘܢ . ܘܗܢܘܢ ܐܘܒܠܗ ܥܡܗ
ܠܩܝܠܝܩܝܐ ܠܘܬ ܠܒܘܢ ܡܠܟܐ . ܘܐܦ
ܗܘ ܩܒܠܗ . ܘܦܩܕ ܘܐܬܟܪܙ ܒܪܘܗܒܘܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܟܠܗ ܐܬܪܗ . ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܬܘܒ
ܟܢܫ ܣܘܢܗܕܘܣ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ.
ܘܒܥܐ ܡܢ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܕܢܫܒܩܘܢܗ . ܐܡܪ
ܕܝܢ ܕܡܛܠ ܚܛܗ̈ܝ ܫܒܩ ܡܪܝܐ ܠܥܕܬܗ
ܕܢܬܕܘܕ ܒܒܪܘܗܒܘܢ . ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܕܝܢ
ܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ . ܠܐ ܐܡܪܝܢ ܕܐܬܠܝܢ
ܘܡܬܬܦܝܣܝܢ ܥܠ ܡܬܘܟܠܐ ܡܫܬܠܛܐ

pit et magnopere adjuvit, eo usque ut etiam multum auri summasque ingentes expenderit muneribus Turcarum præfectis in Syria et Mesopotamia transmittendis, quippe qui deponendo Mar Michaëli et promovendo Barvehebuno studia impenderet; præterea hunc secum adduxit in Ciliciam ad Leonem[1] regem, qui illum magno amore prosecutus est[2] atque recepit, et porro jussit Barvehebunum in tota sua ditione proclamari patriarcham. Idcirco patriarcha denuo synodum coëgit in cœnobio Mar Barsumæ, et ab episcopis officii sui abdicationem postulavit, dicens : « profecto ob peccata mea permittit Dominus ecclesiam suam a Barvehebuno affligi. » Præsules autem non consensere : « nos,

Gregorius iste omnes vires impendit ut inceptam sub Nersete Armenorum cum Græcis unionem perficeret. Ad quod, connitentibus præsertim Nersete Lampronensi et Leono, Armeno Ciliciæ rege, anno 1177 vel 1178, synodum triginta trium Armeniæ episcoporum Tarsi congregavit, in qua uniendis Armenis cum Græcis allaboratum est. Anno sequenti synodus translata fuit in Castrum Romanum ubi sedes erat patriarchæ. Quum mors Manuelis imperatoris supervenisset antequam opus synodi absolveretur, unio imperfecta remansit. Schisma autem ortum est inter Armenos ; nonnulli episcopi, duce Gregorio Dudeorti, omnem cum Græcis unionem repellentes, se a Degha separarunt et catholicum sibi elegerunt Basilium, Ani episcopum ; Gregorius vero Degha et episcopi qui cum ipso in desiderio unionis perseverabant scripserunt ad Lucium III Pontificem et sedi Romanæ se univerunt. Litteras Gregorii Deghæ ad Romanos Pontifices et ad doctores suæ nationis ediderunt Mechitaristæ, Venetiis 1838. Cfr. Galanus, *Conciliat. eccles. Armen. cum Romana* I, 324-365 ; Külb in *Encyclopæd. v. Ersch und Grüber* ad v. Gregorius Degha. »

Porro, quum Theodorus Barvehebun honorificentissime fuerit habitus tum ab Armenorum patriarcha tum a Leone eorum rege, qui Theodorum in tota sua ditione patriarcham proclamari jussit, non immerito conjici videtur Theodorum errorem monophysiticum abjurasse. Hæc conjectura ex eo firmatur quod Theodorus in *secunda Theoriani Disputatione* jam dixerat : « *hoc a Deo spero, fore ut unius naturæ scandalum de medio nostri tollatur et quartam synodum ac Leonem papam recipiamus, si certe Romani anathematizare Severum nos haud cogent. (Patrol. gr.* CXXXIII, 293). » Unde apparet Theodorum ab abjurando monophysismo jam tunc non procul abfuisse. Hæc causa fuerit cur Michaël synodum congregaverit contra Barvehebun et cur nonnulli vellent ad Armenos mittere qui disputationem cum ipsis instituerent, ut refert Barhebræus.

[1]) Barhebræus scribit ܠܒܘܢ *Lebon* sive *Lewon*, at in versione formam nominis consuetam servamus.

[2]) ܐܒܕ *periit*, hic significat *perdite adamavit*, qui sensus vocis deest in Smithii *Thesauro syriaco*.

ܪܕܘܦܐ . ܘܠܩܬܘܠܝܩܐ ܐܦ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܠܐܘܢ.
ܘܢܒܥܐ ܠܩܘܒܠܝ ܠܗ ܡܠܬܐ ܫܪܪܢ .
ܘܡܗܝܡܢܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܠܐ . ܐܠܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܢܥܪܘܩ
ܨܠܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܗܝ . ܘܗܘ ܕܫܦܪ ܠܡܪܝܐ
ܠܗܘܐ ܒܢ . ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܕܠܝܛ ܗܘ ܓܒܪܐ
ܕܡܬܬܟܠ ܥܠ ܒܪܢܫܐ . ܘܣܐܡ ܒܪ
ܒܣܪܐ ܕܪܥܗ . ܘܒܥܐܕܐ ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫ
ܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ . ܟܕ ܐܬܬܙܝܥܬ ܝܡܝܢܗ .
ܩܥܘ ܟܠܗܘܢ ܟܕ ܒܟܝܢ ܘܐܡܪܝܢ .
ܡܪܝܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܨܠܘܬܗ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ . ܚܘܣ ܥܠ ܥܕܬܟ . ܘܠܡܫܓܫܢܗ
ܐܘܒܕ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ . ܗܝܕܝܢ ܒܗ
ܒܝܘܡܐ ܕܐܫܬܡܠܝܬ ܒܥܘܬܐ ܒܥܘܡܪܐ .
ܢܦܠ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ ܡܢ ܪܟܫܐ
ܒܩܝܠܝܩܝܐ . ܘܐܬܬܒܪܬ ܨܒܥܐ ܕܪܓܠܗ .
ܘܟܕ ܦܣܩܘܗ ܡܝܬ . ܘܒܬܪܗ ܬܪܥܣܪ
ܐܦܣܩ̈ܦܐ ܐܪ̈ܡܢܝܐ ܟܠܗܘܢ ܡܢ ܫܠܝ ܡܝܬܘ.
ܗܢܘܢ ܕܫܠܡܘ ܗܘܘ ܠܒܪܘܗܒܘܢ ܠܗܢ
ܗܘܘ . ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܫܒܥܐ ܣܘܪ̈ܝܐ
ܬܠܡ̈ܝܕܘܗܝ ܒܒܪܩܐ ܝܩܕܘ . ܘܒܬܪ
ܟܠܗܘܢ ܒܡܫܠܡ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡ̈ܝܢ ܐܦ
ܗܘ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܒܪ ܘܗܒܘܢ ܡܝܬ . ܘܗܠܝܢ
ܗܘܝ ܠܗܘܢ ܕܚܠܬܐ ܠܟܠܗܘܢ . ܘܐܦ
ܗܘ ܠܐܘܢ ܡܠܟܐ ܢܦܠܬ ܒܗ ܕܚܠܬܐ .
ܘܫܕܪ ܕܫ̈ܢܐ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ .

ita illi dixerunt, ibimus, et cum catholico instituta disputatione certabimus; adiemus quoque regem Leonem, eumque de veritate nostra persuasum faciemus.» Quibus patriarcha respondit : «minime; imo potius confugiamus ad Deum ejusque Sanctum, et fiat in nobis quod Domino placuerit; scriptum est enim : «*maledictus ille qui confidit in homine et ponit filium carnis brachium suum*[1].» Porro die festo sancti Mar Barsumæ, agitata ejus dextera, clamarunt omnes flentes et dicentes : «Domine Jesu Christe, per orationem Mar Barsumæ, parce ecclesiæ tuæ, ejusque perturbatorem dele quiscumque ille sit.» Tum, nimirum ipso die quo perficiebatur hæc deprecatio in cœnobio, catholicus Armenorum cecidit e jumento in Cilicia, et fractus est pedis ejus digitus, eoque amputato mortuus est[2]. Deinde, post illum episcopi Armenorum duodecim, qui Barvehebuno assensum præbuerant, omnes mortui sunt casu subito, hujusque discipuli septem cœnobitæ syri fulmine incensi perierunt. Denique, post illos omnes, elapsis diebus quadraginta, obiit quoque ipse Theodorus Barvehebun. Hæc autem omnibus terrori fuerunt, ita ut et rex Leo timore fuerit perculsus, miseritque munera sancto Mar Barsu-

[1]) *Jerem.* XVII, 5.

[2]) Silent de hujusmodi improvisa morte historici Armeni, qui potius insinuant Deghæ mortem nihil memoria dignum præbuisse. Fortasse rumori quam hic Barhebræus refert, occasionem dedit mors tragica Gregorii Manug, ejus successoris, qui anno sequenti cum funibus e castro, ubi inclusus erat, se demittere et eripere voluisset, ruptis funibus cecidit in profundum et mortuus est. Hæc e Tehamitch aliisque scriptoribus Armenis benevole nobiscum communicavit Cl. D. F. Nève.

ܘܐܓܪ̈ܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܒܥܐ ܚܘܣܝܐ. ܠܗܠܝܢ
ܓܝܪ ܐܟܬܒ ܗܢܐ ܗܘ ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ
ܒܐܟܠܣܝܣܛܝܩܝ ܕܝܠܗ. ܬܘܒ ܕܝܢ ܗܘ
ܕܠܘܚܡܐ ܥܕܬܐ ܐܬܡܬܚ ܕܬܠܬܥܣܪܐ
ܫܢܝܢ.

ܘܒܫܢܬ· ܐܦܨ̄ܒ ܥܠ ܣܘܠܛܢܐ ܩܠܝܓ
ܐܪܣܠܢ ܠܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܫܐܠ ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ. ܘܫܕܪ ܠܗ ܐܓܪܬܐ
ܕܫܝܢܐ ܘܫܒܛܐ ܡܪܥܝܬܐ ܘܥܣܪܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ
ܕܕܗܒܐ. ܘܒܫܢܬܐ ܕܒܬܪܗ. ܬܘܒ ܐܬܐ
ܣܘܠܛܢܐ ܠܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܫܕܪ ܒܬܪ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܘܬܗ. ܘܦܩܕ ܕܟܕ ܪܟܝܒ
ܢܚܙܝܘܗܝ. ܘܒܚܡܫܐ ܣܘܠܛܢܐ ܒܬܡܢܝܐ
ܒܬܡܘܙ ܢܦܩ ܒܨܦܪܐ ܥܠ ܪܟܫܐ.
ܘܐܬܐ ܐܦ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܟܕ ܒܥܐ ܕܢܚܘܬ ܠܐ
ܫܒܩܗ ܣܘܠܛܢܐ. ܐܠܐ ܐܓܦܗ ܕܪܟܝܒ
ܥܡܗ. ܘܐܬܡܠܠ ܥܡܗ ܒܝܕ ܬܪܓܡܢܐ.
ܡܢ ܠܥܠ ܕܝܢ ܨܠܝܒܐ ܒܪܝܫ ܪܘܡܚܐ ܠܥܠ ܡܢ
ܪܫܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܗܘܐ ܒܘܝܐܐ ܪܒܐ
ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ. ܘܟܕ ܣܓܝܐܬܐ ܐܡܠܠ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܥܡܗ ܒܡܬܪܥܝܢܘܬܐ ܡܠܝܗ
ܠܡܠܟܗ. ܥܕܡܐ ܕܢܒܟܐ ܣܘܠܛܢܐ. ܘܒܬܪ
ܝܘܡܐ ܫܕܪ ܣܘܠܛܢܐ ܣܝܓܠܝܘܢ ܕܒܗ

mæ, patriarchæ vero litteras quibus veniam rogabat. Hæc enim ita conscripsit ipse Mar Michaël in *historia* sua ecclesiastica; ista autem perturbatio continuata fuerat in ecclesia spatio tredecim annorum[1].

Anno 1492 *(Chr.* 1181) soltanus Kalig-Arsalan Melitinam ingressus de patriarcha Mar Michaël percontatus est, eique misit epistolam amicitiæ *plenam*, sceptrum *pastorale* et viginti denarios flavos[2]. Anno item sequenti soltanus iterum petiit Melitinam, et patriarcham ad se accersivit, jubens ut illum inter equitandum coram videret; igitur soltanus feria quinta, die Tamuzi *(Julii)* octavo, summo mane in equo processit, et advenit etiam patriarcha : qui cum descendere vellet, id ei soltanus non permisit, sed illum dum in equo sedebat amplexatus et cum illo ope interpretis collocutus est; porro supra caput patriarchæ crux in summitate lanceæ eminebat, quod magno solatio fuit christianis; et patriarcha quidem plurima cum eo sermocinatus colloquium suum admonitione eo usque temperavit ut soltanus lacrymaretur. Postridie soltanus diploma misit, quo cœ-

[1]) Hoc est : ab anno 1180 usque ad 1193, quo anno mortuus est Gregorius, Armenorum catholicus ut refert Barhebræus. Eodem anno obiit Theodorus, qui et Joannes Barvebebun. Scripsit *Elucidationem Missæ syriacae*, cujos meminit Stephanus Edenensis in *Vindiciis Maronitarum* II, 6, 2. Suspicio mihi ingeritur *Expositionem Missæ* sub nomine Joannis Maronis in Al. Assemani *Codice Liturgico editam* fortasse Joannis Barvehebuni fœtum esse. Scripsit præterea *Anaphoram*, quam sub nomine *Joannis magni patriarchæ* latine edidit Renaudotius in *Liturgg. orientt. coll.* t. II. Cfr. Assemanus, *Bibl. Or.*, II, 216. Quod autem Mar Michaël narrat suos inimicos cœlitus percussos fuisse merito suspectum habetur, quum historici Armeni altum de his rebus teneant silentium.

[2]) i. e. *aureos.*

ܦܛܪܐܗ̇ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ . ܘܫܕܪ
ܬܘܒ ܒܚܕܒܫܒܐ ܣܘܠܛܐܢ ܠܦܛܪܝܪܟܐ .
ܐܝܕܐ ܕܕܗܒܐ ܫܦܝܐ ܕܡܪܨܦܐ ܒܓܘܦ̈ܬܐ
ܘܡܪ̈ܓܢܝܬܐ . ܘܒܓܘܗ̇ ܡܢ ܓܪ̈ܡܐ ܕܫܡܥܘܢ
ܦܛܪܘܣ ܪܫܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ . ܟܕ ܓܝܪ ܒ̈ܙܘ
ܛܘ̈ܪܟܝܐ ܠܡܫܪ̈ܝܬܐ ܕܡܠܟܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܢܦܠܬ
ܗܕܐ ܐܝܕܐ ܠܣܘܠܛܐܢ ܘܝܗܒܗ̇ ܠܦܛܪܝܪܟܐ .
ܘܗܝ ܐܝܬܝܗ̇ ܡܬܢܛܪܐ ܒܕܝܪܐ .

ܘܒܫܢܬ ܐ̱ܬ̈ܨܓ ܢܚ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ
ܕܡܦܪܩܛ . ܕܗܘ ܐܒܘܓܠܒ ܒܪܐܚܘܗܝ
ܕܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ . ܘܩܡ ܒܕܘܟܬܗ
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܗܘ ܓܒܪܐܝܠ ܒܪ ܐܚܘܗܝ .
ܘܐܬܓܢܒ ܡܢ ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ .

ܘܒܫܢܬ ܐ̱ܬ̈ܨܕ ܗܘܐ ܝܩܝܕܐ ܕܕܝܪܐ
ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ . ܗܟܢܐ ܕܚܕ ܐܝܣ
ܕܝܪܝܐ ܕܫܡܗ ܕܢܚܐ ܓܒܪܐ ܣܒܐ . ܒܨܦܪܐ ܕܢܓܗܐ
ܥܠ ܠܩܠܝܬܗ ܓܘܝܬܐ . ܘܛܥܐ ܬܡܢ
ܠܫܪܓܐ ܕܫܥܘܬܐ . ܘܢܦܩ ܐܦ ܠܟܪܡܐ .
ܘܐܬܠܚܡܬ ܢܘܪܐ ܡܢ ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܒܡܐܢܐ
ܘܒܩܝܣ̈ܐ ܕܗܝ̇ ܩܠܝܬܐ . ܘܡܢܗ̇ ܒܬܪܟܢ .
ܒܠܚܘܕ ܠܡܛܠ̈ܠܐ . ܐܠܐ ܐܦ ܐܫܝ̈ܐ
ܕܩܝܣ̈ܐ ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ . ܐܘܟܠܬ ܘܫܪܟܐ
ܡܛܠ̈ܠܐ ܩܠܝܬܐ ܠܥܠ ܡܢ ܩܠܝܬܐ .
ܗܝܕܝܢ ܒܫܥܬܐ ܕܬܠܬ ܫܥ̈ܝܢ ܕܝܘܡ
ܫܒܬܐ . ܒܬܠܬܝܢ ܒܬܡܘܙ ܕܗܕܐ ܫܢܬܐ .
ܐܬܕܠܩܬ ܢܘܪܐ ܘܩܠܐ ܕܝܪ̈ܝܐ ܣܠܩ
ܕܕܝܪ̈ܝܐ ܠܪܘܡܐ ܕܫܡܝܐ . ܘܪܗܛ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܗܝܟܠܐ ܕܡܪܝ . ܘܐܦܩ
ܠܓܠܘܣܩܡܐ ܕܒܗ ܝܡܝܢܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ .

nobium a tributo, quod ei impositum fuerat, immune reddebat; præterea die dominica patriarchæ iterum misit soltanus manum ex auro purissimo, crustis et gemmis obductam, *reliquias* continentem ex ossibus sancti Petri apostolorum principis; cum enim castra imperatoris Græcorum Turcæ spoliassent, manus illa, quam patriarchæ dedit, soltano obtigerat, atque hodie in cœnobio asservatur.

Anno 1493 *(Chr.* 1182) obiit Ignatius Maiphercatæ, cognomine Abugaleb, Ignatii maphriani e fratre nepos, atque in illius locum suffectus fuit Ignatius seu Gabriel, fratris ejus filius, e cœnobio Mar Barsumæ evocatus.

Anno autem 1494 *(Chr.* 1183) contigit incendium cœnobii Mar Barsumæ ad hunc modum : cœnobita quidam, Denha nomine, homo ætate gravis, hora matutina cellam suam interiorem ingressus illic oblitus erat lumen cereum et exierat in vineam. Mox ignis flamma sua suppellectile et ligna istius cellæ atque inde, cum non tantummodo laquearia sed ipsi muri lignis constarent, etiam reliqua consumpsit, quatuor vel quinque tabulata seu cellas alias super alias. Tunc, videlicet hora tertia sabbati die trigesima Tamuz *(Julii)* prædicti anni, exarsit hæc flamma et cœnobitarum vociferatio ascendit usque in cœlum. Patriarcha vero cucurrit ad ædiculam Sancti et thecam, in qua Mar Barsumæ dextera *servatur*, eduxit. Deinde magis invaluit furor

ܘܗܘܝܘ ܡܛܠ ܕܢܫܒ ܪܘܚܐ . ܥܨܘܦܐ
ܘܠܡܫܒܬ ܒܒܠܠ ܚܕܡܫܬܐ . ܘܡܠܝ ܪܘܚܐ
ܒܟܠ ܗܠܗ ܕܘܝܪܐ ܐܦܪܚܬܗ̇ ܠܫܠܗܒܝܬܐ.
ܘܠܩܠܝܬܐ ܕܝܪܝܐ ܠܩܠܝܬܐ ܕܕܝܪܝܐ
ܘܕܡܫܡܫܢܐ ܘܠܒܝܬܐ ܓܘܝܐ . ܘܝܩܕ ܗܘܐ
ܒܗܝܟܠܐ ܥܬܝܩܐ ܘܟܬܒܐ ܘܡܐܢܐ ܕܣܐܡܐ ܘܕܢܚܫܐ.
ܐܦ ܬܪܥܐ ܕܦܪܙܠܐ ܕܕܝܪܐ ܐܬܦܫܪܘ .
ܘܟܐܦܐ ܐܬܟܘܝܘ ܘܫܘܪܐ ܢܦܠܘ . ܘܠܐ
ܦܫ ܐܠܐ ܥܕܬܐ ܚܕܬܐ ܕܡܬܒܢܝܐ ܗܘܬ ܘܡܓܕܠܐ
ܗܘ ܪܡܐ ܕܕܝܪܐ ܘܫܘܩܐ ܕܬܢܘܪܐ. ܘܬܪܥܐ
ܕܡܬܩܪܐ ܕܓܪܓܪ . ܘܫܪܟܐ ܟܠܗ ܠܓܘܫܐ
ܕܩܛܡܐ ܐܬܥܒܕ . ܘܒܚܕܒܫܒܐ ܗܘ
ܢܦܠ ܩܘܒܐ ܕܩܢܐ . ܘܛܠܝܐ ܚܕ
ܡܢ ܓܪܓܪ ܐܬܚܦܝ ܘܡܝܬ . ܘܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܕܝܪܝܐ ܒܪܫ ܚܨܢܐ ܐܘ ܡܓܕܠܐ
ܥܡܗܘܢ ܝܡܝܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܕܘܟܪܢܐ ܘܟܬܒܐ
ܕܐܬܦܨܝܘ ܡܢ ܫܠܗܒܝܬܐ . ܥܕܡܐ ܕܫܠܝ
ܚܡܬܐ ܕܢܘܪܐ . ܘܟܪܘ ܝܪܚܐ
ܒܚܕ ܝܪܚܐ . ܘܗܝܕܝܢ ܫܪܝܘ ܠܡܒܢܐ . ܘܒܬܠܬ ܫܢܝܢ
ܐܬܒܢܝ ܕܝܪܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܩܕܡܝܬܐ . ܟܕ ܒܬܚܬܝܬܐ
ܥܒܕܘ ܩܘܒܐ ܕܩܝܣܐ . ܥܕܬܐ ܕܝܢ ܚܕܬܐ
ܒܫܢܝܐ ܬܪܬܥܣܪܐ ܐܫܬܡܠܝܬ . ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܐܚܪܢܝܢ
ܐܬܨܝܪܬ ܘܐܬܨܒܬܬ .

*ignis*, eo quod procella valida flatu suo unius ictus momento in universum cœnobium flammam pervolare faciebat; quæ cito cellas cœnobitarum et famulorum, necnon ædificia interiora invasit. Hoc quoque incendio perierunt templum antiquum, libri, atque argentea æneaque supellex; præterea ferreæ cœnobii portæ liquefactæ sunt, lapides combusti, muri corruerunt; nihil servatum fuit præter ecclesiam novam, quæ adhuc ædificabatur, turrim altiorem cœnobii, cavernam furni[1] et portam quæ dicitur Gargaræ, reliquis omnibus in acervum cinerum conversis. Porro die dominica corruit fornix «Kani» (cubiculi inferioris[2]), eoque puer quidam e regione Gargar obrutus periit; patriarcha autem et cœnobitæ in fastigio arcis seu turri, secum habentes dexteram Sancti alias quereliquias necnon libros flammis ereptos, donec furor *ignis* cessasset, unius mensis spatio remanserunt. Tum vero reædificare cœperunt; et quidem intra tres annos erectum fuit cœnobium vetere præstantius, cum in structuris inferioribus loco lignorum opus fornicatum adhibuerint; ecclesia vero nova spatio duodecim annorum completa fuit, et anni præterea duo in ea pingenda et ornanda insumpti fuerunt.

[1]) Ill. Bartatar legendum censet ܘܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ et porro vertendum: *mare baptisterii*.

[2]) Jam supra p. 506 sermo fuit de carcere istius cœnobii, *qui dicitur* ܩܢܐ *Kana*. Putaverim sermonem esse de cubiculo inferiori quodam seu subterraneo, in quo captivi includebantur. Nam ܩܢܐ, docente Ill. Bartatar, significat *rei primordium seu basin super quam cetera eriguntur*.

Eodem anno quo cœnobium conflagravit, obiit Ignatius Jerosolymorum, ibi summo sacerdotio annos quadraginta quinque defunctus; illuc missus tum fuit Athanasius, patriarchæ frater, quem tamen haudquaquam monachi illius loci excepere.

Eo pariter anno Gregorius catholicus, cum e Castro Romano profectus esset Tarsum, sororis suæ filium, nomine Schahinschah, contra se rebellantem expertus est: hic enim castrum Turcis tradere volebat; catholicus autem collecto exercitu castrum aggressus est, sed expugnare non valuit; quare *inde* profectus secessit in cœnobium Tabusch juxta Chisumam, atque promissis et sponsionibus, per juramenta valida firmatis, sororis suæ filium mitigavit, cumque eo ad se adducto reconciliatus est.

Eodem anno Edessæ conflagravit ecclesia Mar Joannis: habebat autem columnas marmoreas triginta duas quæ stipulæ instar incendio deletæ sunt, ita ut tota fuerit ad cinerem redacta. Porro quindecim ecclesiæ magnæ Edessæ sub Arabibus destructæ fuerunt.

Eadem tempestate, cum nemo reperiretur qui ecclesiæ Mardinensi propter tributum ei a præfecto impositum, pastor fieri consentiret, patriarcha necessitate compulsus ordinavit Maudianam Edessenum: qui brevi post ob mores suos fœdos diffamatus et expulsus, moslemus fieri cogitavit; ast occurrerunt ei Græci ex Melitina, eumque blanditiis suis ablegarunt

ܠܩܠܩܝܕܘܢܐ . ܘܝܗܒܘ ܠܗ ܡܝܦܪܩܛ .

ܘܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܚܡܫܡܐܐ . ܢܦܠ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܦܪܝܢܐ ܡܢ ܐܓܪܐ ܕܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܒܝܬ ܚܘܕܝܕܐ ܕܩܣܛܪܐ ܘܡܝܬ . ܘܩܡ ܚܠܦܘܗܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܤ ܕܗܘ [ܝܥܩܘ]ܒ.

. . . . . . . . . . . . .

ܒܫܢܬ ܐ̈ܦܕ ܒܚܕܥܤܪ ܒܬܫܪܝܢ ܩܕܝܡ ܐܬܢܝܚ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܐܬܢܣܝܘܤ ܕܐܘܪܫܠܡ ܐܚܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܐܬܩܒܪ ܒܕܝܪܐ ܕܕܘܥܪ . ܘܐܬܬܣܝܡ ܠܐܘܪܫܠܡ ܐܝܓܢܛܝܘܤ ܕܗܘ ܣܗܕܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܥܘܡܪܐ ܕܝܠܗ . ܘܒܬܡܢ ܟܢܘܢ ܐܬܢܝܚ ܕܝܘܢܘܤܝܘܤ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܘܩܡ ܚܠܦܘܗܝ ܝܘܚܢܢ ܕܩܠܝܤܘܪܐ ܕܗܘ ܒܪ ܟܢܘܢ .

ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܟܢܫ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܬܠܬܝܢ ܘܚܡܫܐ ܐܦܝܣܩܘܦܝܢ . ܘܒܚܕܒܫܒܐ ܕܩܕܡ ܦܢܛܩܘܣܛܝ ܕܐܝܬܝܗ ܚܡܫܬܥܣܪ ܒܐܝܪ . ܟܕ ܐܬܘ ܥܡܡܐ ܠܥܐܕܗ ܕܩܕܝܫܐ ܩܕܫ ܗܝܟܠܐ ܚܕܬܐ ܕܒܢܐ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ .

ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܒܬܡܘܙ . ܫܟܒ ܓܪܝܓܘܪܝܘܤ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܐܪܡܢܝܐ ܒܩܝܠܝܩܝܐ ܡܪܝܐ . ܘܩܡ ܚܠܦܘܗܝ ܥܠܝܡܐ ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܕܡܬܩܪܐ ܕܝܪܣܘ .

ܘܒܗ ܒܫܢܬ ܫܟܒ ܙܘܡܪܝ ܦܛܪܝܪܟܐ

Constantinopolim : tum factus est Chalcedonensis, eique Maiphercat adjudicata fuit.

Anno millesimo quingentesimo (*Chr.* 1189), Mar Joannes maphrianus e tecto magnæ ecclesiæ Beth-Chudidæ Castri cecidit et mortuus est; ac in ejus locum suffectus fuit Gregorius, qui et Jacob, patriarchæ Mar Michaëlis e fratre nepos[1].

Anno 1504 *(Chr.* 1192), die 11ª Teschrin prioris *(Octobris)* obiit Antiochiæ Athanasius Jerosolymorum *episcopus*, patriarchæ frater, et sepultus est in cœnobio Duair; Hierosolymis porro ordinatus fuit Ignatius, qui et Sahada, ejusdem cœnobii archimandrita. Dein, mense Conun *(Decembri* vel *Januario)* obiit Dionysius Melitinæ, cujus in locum suffectus fuit Joannes Callisuræ, Barkonun dictus.

Eo anno patriarcha congregavit triginta quinque episcopos; porro dominica ante Pentecosten, die decimaquinta Iar *(Maii)*, ubi advenerant turbæ ad festivitatem Sancti, consecratum fuit templum novum a patriarcha ædificatum[2].

Eodem quoque anno *(Chr.* 1193*)*, mense Tamuz *(Julio)*, Gregorius catholicus Armenorum obiit in Cilicia, atque in ejus locum successit puerulus, ejus e fratre nepos, nomine Dirasu[3].

Eodem anno Cosairi obiit Zumri[4]

[1]) Voces in codice Londin. deletas humaniter e cod. Cantabrig. transmisit Dr. G. Wright, scilicet hasce : ܡܢ ܐܚܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ .

[2]) Templum scilicet cœnobii Mar Barsumæ.

[3]) Post electionem assumpsit nomen «Gregorii V.»

[4]) Nullibi, quod sciam, ille commemoratur, neque illius meminit Assemanus, *Biblioth. Orient.*,

ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܘܡܪܝܣ . ܘܐܫܬܩܠ
ܦܓܪܗ ܠܐܢܛܝܘܟܝ . ܘܐܬܩܒܪ ܒܥܕܬܐ ܪܒܬܐ.
ܘܐܫܬܟܚ ܠܗ ܡܟܢܫܘܬܐ ܪܒܐ ܕܢܟ̈ܣܐ .
ܘܐܬܒܣܪ ܡܢ ܣܓܝ̈ܐܐ .

ܘܒܗ ܫܢܬܐ ܡܪܝ ܐܒܘܠܡܓܕ ܦܦܐ
ܕܡܨܪܝܢ ܕܚܕܬܐܝܬ ܩܡ ܗܘܐ . ܫܕܪ ܐܓܪܬܐ
ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟ . ܐܦܣܩ ܣܒܐ ܦܛܪܘܣ .
ܘܥܡܗ ܡܘܕܝܢܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ .
ܘܐܬܩܒܠ ܘܐܬܟܪܙ ܒܟܠܗܘܢ ܥܕ̈ܬܢ .

ܘܒܫܢܬ ܐܦܘ . ܠܝܘܢ ܡܠܟܐ ܕܩܝܠܝܩܝܐ
ܠܩܠܥܬܐ ܪܗܘܡܝܐ . ܘܐܘܒܠ ܠܩܬܘܠܝܩܐ
ܥܠܝܡܐ ܠܘܬܗ . ܘܟܕ ܐܬܒܨܝ ܥܠ ܨܒܘ̈ܬܗ
ܐܬܦܪܣ ܘܐܬܚܒܫ ܒܚܣܢܐ ܕܡܬܩܪܐ
ܓܘܒܝܕܪܐ . ܘܟܕ ܒܥܐ ܕܢܥܪܘܩ ܠܡܦܩ .
ܢܦܠ ܡܢ ܟܐܦܐ ܘܡܝܬ . ܘܐܬܬܣܝܡ
ܠܐܪ̈ܡܢܝܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܒܝܪܕ ܒܪ ܕܕܗ ܕܣܒܐ.

ܘܒܫܢܬ ܐܦܚ . ܗܘܐ ܕܘܘܕܐ ܕܥܐܕܐ ܪܒܐ
ܕܩܝܡܬܐ . ܡܛܠ ܗܝ ܕܐܬܦܓܥ ܐܪܒܥܣܪܐ
ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ . ܒܫܒܬܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥܐ
ܒܐܕܪ . ܥܒܕܘ ܝܘ̈ܢܝܐ ܠܥܐܕܐ ܕܩܝܡܬܐ
ܒܬܪܗ . ܡܛܠ ܕܒܥܣܪܐ ܒܫܒܛ ܫܪܝܘ
ܒܨܘܡܐ . ܣܘܪ̈ܝܝܐ ܕܝܢ ܘܡܨܪ̈ܝܐ
ܘܐܪ̈ܡܢܝܐ ܕܒܟܠܗ ܐܪܥܐ . ܥܒܕܘ ܩܕܡܝܐ

patriarcha Francorum antiochenus, ejusque corpus Antiochiæ translatum fuit et sepultum in magna ecclesia. Reperta est apud eum magna divitiarum copia, ideoque a multis fuit contemptus.

Eodem adhuc anno Joannes papa Ægypti recens constitutus, patriarchæ Petrum, episcopum senem, cum professione veræ fidei nuncium ablegavit[1]. Porro receptus fuit et in omnibus ecclesiis nostris proclamatus.

Anno 1506 *(Chr.* 1195) Leo Ciliciæ *rex* Castrum Romanum clam occupavit et juniorem catholicum ad se accivit; is autem, facta in ipsius negotia inquisitione, depositus fuit et inclusus in arce, quæ vocatur Gubidara; cumque aufugere attentasset, cecidit e rupe et mortuus est. Armenis vero catholicus ordinatus est Abirad[2], filius patruelis senioris *Gregorii.*

Anno 1508 *(Chr.* 1197) contigit perturbatio magni festi Resurrectionis, propterea quod decima quarta Judæorum in sabbatum vigesimæ nonæ Adar *(Martii)* incidebat. Igitur Græci die insequenti festum celebrarunt, eo quod decima Schebat *(Februarii)* jejunium inchoaverant; Syri vero, Ægyptii et Armeni per univer-

II, 369, ubi narrationis Barhebræanæ huc spectantis analysin præbet. Ceterum magna incertitudine et obscuritate offunduntur quæ de patriarchis Antiochiæ latinis istius ætatis ex Onuphrio Panvinio, Genebrardo aliisque disseruit Lequien, *Or. Christ.*, III, 1156 sqq. Forsam loco ܐܘܡܪܝܣ legendum est ܐܝܡܪܝܣ *Aymerus, Aymericus.*

[1]) Ista legatio non memoratur in vita Joannis apud Renaudotium, *Historia patriar. Alex.*, p. 554, sqq.

[2]) Abirad in serie catholicorum insignitur nomine Gregorii VI; eumdem ex fide codicis Vaticani Baidarum vocat Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 369.

ܘܦܠܓ ܡܢ ܥܡܡܐ ܗܠܝܢ ܒܚܕܒܫܒܐ ܕܒܬܪܗ ܥܒܕܘ
ܥܐܕܐ ܥܠܝܗܝ . ܒܫܬܐ ܕܢܝܣܢ ܕܡܫܬܟܚ
ܫܡܫܐ ܨܘܡ ܗܘܘ . ܥܠ ܐܝܟ ܕܫܒܥܣܪ
ܒܫܒܛ ܫܪܝܘ ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܫܓܘܫܝܐ ܗܘܐ
ܒܟܪܘܢܝܩܘܢ. ܐܫܬܟܚ ܐܝܟ ܕܟܠ ܠܐܬܫܥܝܢ ܘܚ

sum orbem dominica post illam sequente festum habuerunt, videlicet sexta mensis Nisan *(Aprilis)*, utpote decima septima Schebat *(Februarii)* jejunium auspicati. Hujusmodi autem confusio unoquoque nonagesimo quinto anno occurrit in chronicis[1]. Ast

[1] Barbebræi narrationem e scriptoribus Armenis confirmat Tchamiebt mekbitarista qui, (tom. III, 161) ad annum æræ Armeniacæ 646=Christi 1197, refert rixas, cædes se incendia apud Georgianos et Armenos patrata, quod Georgiani una bebdomada ante Armenos pascha celebrarant; addit hujusmodi dissidia exorta ob eamdem rationem in diversis provinciis inter Græcos et Armenos, idque jam ante 95 annos pariter contigisse. Et revera scriptor Armenus sæculi XII, Matthæus Edessenus (*Chronicon* c. 175), ad annum æræ armeniacæ 551 seu Christi 1102 ea scribit quæ lucem aliquam Barbebræi dictis afferunt : «L'année 551 de l'ère arménienne (= 24 février 1102—23 février 1103) fut marquée par de grands troubles ét une violente perturbation de la foi, dont la célébration de la pâque fut le motif. Dix nations chrétiennes tombèrent à ce sujet dans l'erreur, à l'exception des Arméniens et des Syriens, qui restèrent inébranlables. Mais les Grecs et les Francs recueillirent la mauvaise semence qu'avait répandue l'infâme hérétique Irion, lequel fixait l'époque de la pâque au 5 avril et faisait coïncider la pleine lune avec la fête de S. Lazare, le samedi, tandis que, pour les Arméniens, les Syriens et les Hébreux, elle arrivait le six avril, ce qui la faisait cadrer avec le dimanche des rameaux. Ce philosophe Irion, qui était Grec d'origine, (sub Justiniano vivebat) avait ainsi faussé et dérangé l'ordre de notre calendrier, parce que, quand on fonda le calcul pascal sur le cycle de XIX ans, les autres savants ne l'avaient pas appelé à concourir à ce travail. Cette exclusion lui inspira une extrême animosité contr'eux; il vint et ayant pris part à leurs livres, il changea le 5 en 6 et fit du dernier nombre le premier. Ce renversement détermina une fausse pâque tous les 95 ans. C'est là ce qui produisit l'erreur où tombent les Grecs et les Occidentaux à chaque renouvellement de cet intervalle. Tel est le compnt auquel Irion donna cours parmi les Grecs, et qui souleva de grands débats entre ceux-ci et les Arméniens. Mais les Francs n'avaient aucun souci de disputer avec ces derniers sur ce point de doctrine. Les Grecs seuls faisaient une vive opposition aux Arméniens. Les habitants d'Antioche, de toute la Cilicie et d'Edesse, eurent à soutenir une lutte violente contr'eux pour cette question de foi; car les Grecs cherchaient à imposer aux Arméniens leur calendrier vicieux, et par leurs efforts pour y parvenir, ils suscitèrent des disgrâces à notre nation, mais sans réussir à l'ébranler. Les Syriens d'Edesse, cédant à la crainte, embrassèrent le parti des Grecs et renièrent l'alliance qu'ils avaient contractée avec les Arméniens.» Alia testimonia vide apud Dulaurier qui docte hanc quæstionem tractat in opere *Recherches sur la chronologie Arménienne* t. I, p. I, c. 2, p. 37-110. Paris, 1869. Cyclus nempe paschalis XIX annorum quinquies repetitus efformat periodum 95 annorum, qua elapsa luna paschalis in eumdem mensis diem sequenti periodo redit. Hanc periodum delineavit et in ecclesiam invexit S. Cyrillus Alexandrinus. Porro computatores observarunt, ut anni lunares cum solaribus concordarent in cyclo XIX annorum, necesse esse, ut adderentur annis lunaribus septem menses embolismiei, quorum singuli 30 dierum erant. Exinde autem XIX anni lunares uno die excedebant XIX annos solares. Quæ discrepantia ut tolleretur, una dies addebatur numero epactæ alicujus anni cycli decemnovennalis et fiebat *saltus lunæ*, ut dicebant. Alexandrini *saltum* ponentes ad epactam 28, dum Armeni eam ad epactam 9 ponebant, habebant isto anno plenilunium paschale uno die antequam Armeni illud haberent. Si igitur ille dies XIV lunæ in sabbatum incidebat, Graeci die sequenti pascha celebrabant, Armeni vero dominica post illam proxime sequenti. Animadvertendum

ܡܬܟܬܫܝܢ ܥܡܗܘܢ. ܐܬܚܡܬܘ ܥܠܝܗܘܢ
ܘܐܘܩܕܘ ܥܕܬܐ ܚܕܐ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ. ܘܒܗ ܝܩܕܘ
ܐܝܟ ܐܪܒܥܐ ܢܦ̈ܫܢ. ܘܡܟܢܫܘ ܐܪ̈ܡܢܝܐ
ܕܡܬܪ̈ܘܬܐ. ܘܐܬܟܢܫܘ ܐܝܟ ܐܪܒܥܝܢ ܐܠ̈ܦܝܢ
ܕܢܬܟܬܫܘܢ ܥܡ ܐܝܒܝܪ̈ܝܐ. ܗܢܘܢ
ܕܝܢ ܝܗܒܘ ܠܐܪ̈ܡܢܝܐ ܡܐܐ ܐ̈ܠܦܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ
ܕܒܝܬ ܥܕܬܐ. ܘܥܠ ܟܠ ܒܪܢܫܐ ܕܝܩܕ ܐܠܦܐ
ܕܝܢܪ̈ܐ ܘܫܩܠܘ ܫܝܢܐ.

enim Iberes, cum viderent Armenos festum secum non agere, illis succensuerunt et ignem intulerunt cuidam Armenorum ecclesiæ, in qua flammis absumpti sunt homines circiter quatuor[1]. Quo audito Armeni variarum regionum, numero circiter quadraginta millium congregati sunt ut bellum cum Iberibus adorirentur; hi autem, datis in pretium ecclesiæ centum millibus denariorum et pro singulis hominibus qui incendio perierant mille denarios, ab Armenis pacem impetrarunt.

ܘܫܪܝܘ ܗܘܝܢ ܨܒ̈ܘܬܐ ܕܥܕܬܐ ܕܝܠܢ
ܡܬܕܒܪܢܘܬܐ ܦܪܝܫܐ ܕܬܪܝܨܘܢ. ܘܟܕ ܛܘܒܢܐ
ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ. ܣܐܒ ܘܩܫܝܫ ܫܢ̈ܝܐ.
ܝܫܘܥ ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܕܗܘ ܣܦܬܢܐ. ܠܟܠ
ܐܦܝܣܩܘܦ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܠܘܬܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܣܒܐ ܐܚܕ
ܗܘܐ ܠܚܘܕܪܗ. ܘܫܐܠ ܗܘܐ ܡܢܗ ܐܓܪܬܐ ܕܗܘ
ܢܩܘܡ ܒܕܘܟܬ ܕܕܗ. ܘܒܥܠܬܐ ܗܕܐ
ܐܣܬܢܝ ܥܠ ܐܦ̈ܣܩܦܐ. ܘܐܪ̈ܫܝܡܢܕܪ̈ܝܬܐ. ܐܦ ܗܘ
ܣܒܐ ܟܕ ܐܣܬܟܠ ܠܡܥܒܕܢܘܬܗ ܐܬܟܪܝ
ܒܗ. ܘܒܫܘܪܝ ܫܢܬ ܐܦܝܐ. ܟܕ ܐܬܟܪܗ
ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܣܒܐ ܠܐ ܨܒܐ ܝܫܘܥ ܒܪ ܐܚܘܗܝ
ܠܡܣܥܪܗ. ܥܕܡܐ ܕܐܬܬܩܦ ܟܘܪܗܢܗ. ܗܝܕܝܢ
ܥܠ ܠܘܬܗ. ܘܒܠܠܝܐ ܕܬܪܝܢ ܒܫܒܐ.
ܫܒܥܐ ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ ܕܫܢܬܐ
ܗܕܐ ܫܢܝ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܣܒܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܗܘ

Interea ecclesiæ nostræ negotia deordinate procedere cœperunt. Quippe, cum beatus Mar Michaël senex factus esset et annis gravis, Josue ejus e fratre nepos, cognomine Sephtana, quemlibet episcopum, qui patriarcham senem adibat, seorsum assumebat petebatque chirographum quo ipsi successio patrui sponderetur. Hanc ob causam in odium venit episcoporum et archimandritarum, atque senex, percepto ejus agendi ratione, eidem infensus fuit. Porro principio anni 1511 *(Chr.* 1199) ubi ægrotabat patriarcha senex, Josue, fratris ejus filius, eum invisere noluit, donec invalesceret illius morbus; tum tandem eum adiit. In nocte vero feriæ secundæ, die septima Teschrin posterioris *(Novembris)* ejusdem anni ex hoc sæ-

est tamen in tabulis a Dulaurier adornatis pascha anni 1197 in 6 aprilis pro Græcis et in 13 aprilis pro Armenis reponi, quod est contra assertum Barhebræi.

[1]) Assemanus habet: «*quadraginta*,» et similiter in codice Cantabrig., quem nobis rogantibus inspexit Dr Wright, legitur ܐܪܒܥܝܢ. — Fors ita quoque numerus ille scriptus habetur in Cod. Londin., cujus inpræsentiarum conferendi copia non adest.

ܕܥܠܡܐ ܢܦܩ ܚܣܝܐ. ܕܒܪ ܠܥܕܬܐ ܫܢܝܢ
ܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ . ܘܐܣܪܡ ܡܦܪܝܢܐ
ܠܬܓܪܝܬ . ܘܚܡܫܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܐܦܣ̈ܩ .
ܘܚܝܐ ܗܘ ܫܒܥܝܢ ܘܬܠܬ ܫ̈ܢܝܢ.ܘܐܬܩܒܪ
ܒܥܕܬܐ ܚܕܬܐ ܕܒܢܐ ܗܘ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ . ܒܩܒܪܐ ܕܬܩܢ ܗܘܐ ܠܗ
ܒܚܝ̈ܘܗܝ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܓܪܒܝܝܐ. ܗܘ ܗܟܝܠ
ܗܢܐ ܛܘܒܢܐ . ܪܒܐ ܗܘܐ ܒܟܬ̈ܒܐ ܩܕ̈ܝܫܐ .
ܘܫܦܝܪ ܗܘܐ ܒܩܘܡܬܐ ܘܒܚܙܬܐ ܦܐܝܐ .
ܪܡ ܩܠܐ ܗܘܐ ܘܚܠܐ ܠܫܡܥܬܐ . ܘܫܩܝܠ ܗܘܐ
ܒܟܬܝܒܬܐ ܕܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ . ܘܫܒܩ
ܠܡܟܬܒ̈ܢܐ ܬܡܝܗ̈ܐ ܒܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ .

ܒܬܪ ܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ ܪܒܐ ،
ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܗܘ ܨܠܝܒܐ ܩܪܚܐ .

ܒܬܪ ܕܡܝ ܠܥܘܢܕܢܗ ܕܣܒܐ . ܗܘܐ ܫܓܫܐ
ܪܒܐ ܒܥܕܬܐ ܟܠܗ ܕܬܪ̈ܝܨܝ ܫܘ̈ܒ . ܡܟܝܠ
ܟܕ ܕܐܫܬܠܡܘ ܗܘ̇ ܗܘ̣ ܕܘܠܐ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ
ܡܝܟܐܝܠ . ܢܦܩ ܝܫܘܥ ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܡܢ
ܥܘܡܪܐ ܕܢܐܙܠ ܠܐܡܝܕ. ܘܟܕ ܐܪ̈ܓܫܘ ܥܘܡܪ̈ܝܐ
ܕܢܫܓܫܘܢ ܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܓܫܢܘܬܗ

culo migravit senex sanctus, revera laborum amans; ecclesiam rexerat annos triginta tres, ordinaverat maphrianum Tagrito et episcopos quatuor supra quinquaginta. Natus erat annos septuaginta tres et sepultus est in nova ecclesia quam in cœnobio Mar Barsumæ ædificaverat, in sepulchro quod sibi vivens ante altare septentrionale paraverat. Erat ille beatæ memoriæ *patriarcha* in scripturis sanctis versatissimus, statura præstanti et vultu decoro, necnon voce alta et dulcisona præditus; in scribendo die nocteque assiduus libros admirabiles reliquit in ecclesia Dei[1].

91. *Post Mar Michaëlem Magnum*, ATHANASIUS *seu* SALIBA *Kraha*[2].

Post senis mortem, grande scandalum locum habuit in tota orthodoxorum ecclesia. Ut enim vix sancto viro Mar Michaëli justa persoluta fuere, ejus e fratre nepos Josue cœnobio egressus est, Amidam petiturus. Quem vero cœnobitæ ad perturbandam ecclesiam Dei hujusque confusio-

[1]) Michaëlis Magni opera hæc nobis innotuerunt quæ partim recenseatur ab Assemano, *Bibl. Orient.*, II, 155 :

1° *Anaphora*, quam latine vertit et edidit Renandotius, *Liturgg. Orientt. coll.* II, 437. Ed. Francof. 1847.

2° *Opus de præparatione ad communionem* in quo impugnat eos Coptitas qui peccatorum confessionem abolere tentaverant. Hujus libelli meminit supra, col. 575, Barhebræus.

3° *Pontificale et Rituale Syrorum* quæ ipse ordine disposuit et correxit.

4° *Chronicon ecclesiasticum* ab orbe condito usque ad obitum auctoris, cujus meminit supra col. 590 Barbebræus. Hujus Chronici fragmenta e versione armena edidit Dulaurier in *Journal asiatique* t. XII, 281-334 et t. XIII, 315-376. Totius operis gallicam versionem nuper edidit V. Langlois, Venetiis (?) 1869.

5° Scripsit quoque Michaël *Canones*, quos citat Barhebræus in suo *Nomocanone*.

6° Versioni Armenæ *chronici* supra indicati annectitur ejusdem Michaëlis libellus de *Origine institutionum sacerdotalium* et libellus continens professionem fidei. Cfr. *Journal asiatique* t. XII, 286.

[2]) i. e. *Calvus*.

[illegible]

nem profectum esse cum sentirent, Rabban Michaël Kardus, unus e cœnobii archimandritis, vir nobilis e Melitina, eum insecutus est et attigit in cœnobio Abugaleb, voluitque per vim reducere ad cœnobium *Barsumæ*. Ast Josue, se devictum esse perspiciens, ad præsidem Castri Gargar, in vicinio siti, properare fecit unum e discipulis suis, qui illi diceret: « equidem in itinere constitutus præfectum Amidæ cum donis ex muneribus adire cupio; at vero monachus iste me assecutus *abire* non sinit, quod domini Amidæ osor sit et inimicus. » Præses autem, ut qui erat e provincia Amidæ, Rabban Michaëlem Kardum apprehendit et reclusit. Cumque prætergrederetur Josue coram carceris janua, eum vidit Michaël Kardum, et dentibus stridens ei comminatus est dicens: « quid feceris, Josue Sephtana, tu postea quoque videbis. » At Josue, illum veluti irridens: « mane, ait, in hoc discrimine tuo et sile! » Atque hoc effatum factum est in adagium apud ecclesiæ filios usque in hunc diem. Porro præses Rabban Michaëlem, mulcta centum denariorum ei prius imposita, dimisit, jubens ne Josuam ab itinere in Amidam impediret. Hoc vero facinus Josuam magis odiosum reddidit. Igitur, cum Rabban Michaël in cœnobium regressus enarrasset quod sibi acciderat, conspirarunt cœnobitæ, et nuntiis emissis, quindecim episcopos occidentales coëgerunt, cisque dona promiserunt. Deinde omnes simul perrexerunt ad cœnobium Modik re-

ܘܐܪܡܝܘ ܦܣ̈ܐ ܥܠ ܬܠܬܐ ܦܪ̈ܘܫܐ. ܘܢܦܩ
ܦܣܐ ܕܪܒܢ ܨܠܝܒܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܕܝܪܐ
ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ . ܘܐܬܣܪܚ ܒܬܫܥܣܪ
ܒܟܢܘܢ ܩܕܡ ܕܫܢܬܐ ܗܝ ܕܒܗ ܕܡܟ
ܣܒܐ . ܘܐܬܩܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ . ܗܢܐ ܕܝܢ
ܒܝܘܠܦܢܐ ܥܕܬܢܝܐ . ܐܦ ܙܥܘܪܐܝܬ ܗܘܐ
ܘܗܕܝܘܛ . ܐܠܐ ܡܫܘܕܥܢܐ ܒܨܒ̈ܘܬܐ ܥܠܡ̈ܝܐ
ܡܢܟܣܐ ܗܘܐ ܘܥܬܝܪ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܗܘ
ܐܬܪܥܝܘ ܐܢܫܝܢ ܕܗܘ ܢܗܘܐ ܠܡܟܠܝܘ
ܕܒ̈ܢܝ ܐܚܘܗܝ ܕܣܒܐ .

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܐܬܐ ܡܦܪܝܢܐ ܡܕܢܚܝܐ
ܠܐܡܝܕ ܘܥܡܗ ܬܠܬܐ ܐܦܣ̈ܩܦܐ ܡܕܢ̈ܚܝܐ .
ܘܐܫܟܚܗ ܠܝܫܘܥ ܐܚܘܗܝ ܬܡܢ . ܘܟܕ ܫܡܥ
ܕܐܬܬܣܪܚ ܩܪܚܐ ܟܪܝܬ ܠܗ ܛܒ .
ܘܣܠܩ ܠܘܬ ܫܠܝܛܐ ܕܐܡܝܕ . ܘܐܫܬܘܕܝ
ܠܗ ܐܫܬܐ ܐ̈ܠܦܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ . ܐܢ ܡܩܝܡ
ܠܝܫܘܥ ܦܛܪܝܪܟ ܒܡܕܝܢܬܗ . ܘܩܡ
ܠܘܩܒܠܗ ܕܡܦܪܝܢܐ . ܡܝܢܐ ܡܝܛܪܦ̄
ܕܐܡܝܕ . ܘܙܟܝܗ ܠܡܦܪܝܢܐ . ܘܐܦܩܗ
ܡܢ ܐܡܝܕ ܠܗ ܘܠܝܫܘܥ ܐܚܘܗܝ ܕܠܐ ܨܒܝܢ .
ܒܬܪ ܕܩܒܠܘ ܕܗܒܐ ܗܘ ܪܝܫܐ
ܘܡܗܝ̈ܡܢܐ ܥܠܝܗܘܢ . ܘܦܪܥܘ ܡܬܠܡܝܢ
ܘܦܪܥܝܢ . ܒܡܟܠܐ ܡܟܠܐ . ܗܘ ܕܝܢ
ܡܝܢܐ ܕܐܡܝܕ ܢܟܦܐ ܗܘܐ ܘܩܕܝܫ
ܘܒܐܣܝܘܬܐ ܕܦܓܪ̈ܐ ܦܝܫ ܡܗܝܪ ܗܘܐ
ܘܡܫܡܗ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܡܝܩܪ ܗܘܐ ܩܕܡ
ܡܠܟ̈ܐ . ܘܡܩܒܠܐ ܗܘܐ ܡܟܠܬܗ ܠܘܬܗܘܢ .

ܒܬܪ ܕܐܬܬܣܪܚ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܗܘ

gionis Claudiæ, ubi, missis sortibus super tribus candidatis, exiit sors Rabban Salibæ, cœnobii Mar Barsumæ archimandritæ. Ordinatus hic fuit decima nona Conun prioris *(Decembris)* ejusdem anni quo senex obierat, et vocatus est Athanasius. In disciplinis quidem ecclesiasticis parum versatus erat et rudis, sed negotiorum sæcularium erat peritissimus et præterea dives; atque ideirco eum acceptum habuerunt, ut qui posset senis *defuncti* ex fratre nepotum impetum coërcere.

Eo tempore maphrianus cum tribus episcopis orientalibus Amidam pervenit, ibique fratrem suum Josuam invenit. Cum vero audisset Krahæ ordinationem, valde contristatus est; ac porro ad Amidæ præfectum ascendit eique promisit sex mille denarios, si ipsius fratrem in civitate sua patriarcham constitueret. Ast maphriano sese opposuit Mennas Amidæ metropolita; hic enim maphrianum devicit, eumque et fratrem ejus etsi reluctantes Amida fecit exire, postquam tamen præsul ipse et fideles aurum *erogandum* in sese suscepissent, quod paulatim collegerunt et solverunt. Erat autem Mennas ille Amidensis vir castus et sanctus, in medicina corporum versatissimus et insignis; quapropter apud reges erat in honore ejusque conversatio illis erat accepta.

92. *Postquam ordinatus erat Atha-*

ܩܪܚܐ. ܐܬܬܣܝܡ ܐܦ ܡܟܝܐܝܠ ܙܥܘܪܐ
ܕܗܘ ܝܫܘܥ ܣܦܬܢܐ.

ܗܘ ܕܝܢ ܡܦܪܝܢܐ ܟܕ ܢܦܩ ܡܢ ܐܡܝܕ. ܢܣܒ ܠܐܚܘܗܝ ܘܠܐܦܣܩܘܦܐ ܕܥܡܗ. ܘܐܙܠ ܠܡܪܕܝܢ. ܘܩܪܒ ܕܗܒܐ ܠܡܪܗ. ܘܐܣܪܚܗ ܠܐܚܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ. ܥܪܘܒܬܐ ܕܡܘܕܝܢܐ. ܘܐܬܟܢܝ ܐܦ ܗܘ ܡܪܝ ܡܟܝܐܝܠ ܡܢ ܫܡܗ ܕܕܕܗ. ܕܟܒܪ ܡܢ ܓܕܗ ܕܗܘ ܢܬܢܩܦ ܠܗ. ܘܐܣܪܚ ܗܘ ܡܪܝ ܡܟܝܐܝܠ ܙܥܘܪܐ ܬܠܬܐ ܐܦܣܩܘܦܐ. ܗܝܕܝܢ ܒܢܝ ܐܬܪܐ ܕܡܪܕܝܢ. ܘܐܬܚܪܘ ܠܘܬ ܫܠܝܛܐ ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܕܗܒܐ. ܘܛܪܕ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܚܕܬܐ ܘܠܡܦܪܝܢܐ ܐܚܘܗܝ ܡܢ ܐܬܪܗ. ܘܟܕ ܡܦܪܝܢܐ ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܐܚܝܕ ܗܘܐ، ܗܘ ܝܫܘܥ ܠܛܘܪ ܥܒܕܝܢ ܐܙܠ. ܕܢܣܩ ܠܘܬ ܫܠܝܛܐ ܕܚܣܢܐ ܕܟܐܦܐ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܩܪܒ ܕܗܒܐ، ܐܠܐ ܐܦܠܐ ܬܡܢ ܗܘܐ ܠܗ ܢܘܚܐ. ܡܛܠ ܕܣܢܝܢ ܗܘܘ ܒܢܝ ܐܬܪܐ ܐܘܠܨܢܐ ܐܬܐ ܡܢܗ. ܘܐܬܛܠܨ ܕܐܬܪܐ ܢܫܒܘܩ. ܘܐܙܠ ܗܘ ܢܦܩ ܘܐܬܐ ܠܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܥܡܪ ܒܒܝܬܐ ܕܐܒܗܘܗܝ.

ܘܒܫܢܬ ܐܦܝܒ ܒܥܘܬܐ ܕܛܘܪ ܥܒܕܝܢܝܐ ܫܠܝܛܗܘܢ. ܫܕܪ ܠܘܬ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܐܬܐ ܘܐܝܬܝܗ ܠܗ ܐܬܐ ܘܐܬܟܢܫܘ

*nasius, alias Kraha, ordinatus quoque fuit* MICHAEL *junior, alias Josue Sephtana.*

Maphrianus, Amida egressus, assumpsit fratrem suum et episcopos qui cum ipso *venerant*, abiitque Mardinum, cujus domino[1] obtulit aurum; dein fratrem suum consecravit patriarcham in cœnobio Mar Ananiæ, feria sexta confessorum[2]. Appellatus fuit Mar Michaël a nomine patrui sui ut forsan aliquid sibi ex illius bona fortuna adhæreret; porro iste Mar Michaël junior tres præsules ordinavit. Tum regionis Mardinensis incolæ, zelo exciti, præfectum adierunt eique aurum obtulerunt; atque ille novum patriarcham ejusque fratrem maphrianum ditione sua ejecit. Itaque, dum maphrianus Melitinam tenebat, Josue abiit Turabdinum ut ad præfectum Castri Kiphæ ascenderet; quo cum pervenisset obtulit aurum; attamen neque illic quietem nactus est; nam quia ab eo aversi erant omnes incolæ regionis, coactus ipse fuit *locum* relinquere et abire Melitinam, ubi in domo parentum suorum commoratus est.

Anno 1512 *(Chr.* 1201) Turabdinensium rogatu præfectus illorum ad Athanasium patriarcham misit eumque arcessivit. Advenit ille, univer-

[1]) Mardini tunc præerat Netamaldinus, qui nomine Husammaldini et Kotebaldini fratrum juniorum principatum per viginti annos exercuit. Cfr. *Chronici* sect. I, text. syr. 392-393, 432 vers. lat. 400, 442.

[2]) ܥܪܘܒܬܐ ܕܡܘܕܝܢܐ *feria sexta confessorum*, id est feria sexta paschatis, seu biduo ante dominicam in albis, quando Syri festum agunt *Omnium Sanctorum*.

ܡܢ ܡܠܟܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܐܦ ܐܪܡܢܝܐ . ܘܟܕ ܡܛܐ
ܠܕܝܪܐ ܕܩܪܬܡܝܢ . ܘܐܣܪܚ ܒܗ ܐܦܣܩܐ
ܠܚܨܢܐ ܕܙܐܝܕ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܐܙܠ ܠܡܪܕܝܢ .
ܘܐܬܩܒܠ ܗܘܐ ܡܢ ܫܠܝܛܐ ܘܥܡܐ ܐܬܪܐ
ܦܝܫ ܗܕܝܪܐܝܬ . ܘܟܕ ܗܘ ܬܡܢ . ܫܡܥ
ܕܝܫܘܥ ܝܗܒ ܐܫܬܐ ܐܠܦܝܢ ܕܝܢܪܐ ܠܪܘܟܢ
ܐܠܕܝܢ[1] ܡܪܗ ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܐܣܩܗ ܠܕܝܪܐ
ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ . ܘܝܬܒ ܠܗ ܐܡܝܢ
ܘܒܛܝܪܢܘܬܐ . ܘܡܛܠܗܕܐ ܗܘܐ ܟܪܚܐ ܒܡܪܕܝܢ
ܫܢܝܐ ܕܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ . ܘܟܕ ܐܬܐ ܡܠܟ
ܐܫܪܦ ܒܪ ܥܐܕܠ ܥܠ ܡܪܕܝܢ[2] . ܘܫܒܩܗ
ܘܐܙܠ ܠܪܝܫܥܝܢܐ ܐܙܠ ܥܡܗ ܐܬܢܐܣܝܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܚܕܬ ܒܗ ܥܕܬܐ . ܘܨܒܐ ܕܢܚܕܬ
ܐܦ ܠܕܝܪܐ ܕܣܘܦܘܩܠܝܣ[3] ܕܠܥܠ ܡܢܗ .
ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܐܦܢܐ . ܡܛܠ ܕܢܡܘܣܝܐ ܣܕܝܕ
ܐܠܕܘܠܐ ܒܪܢܫܟܘ ܐܝܓܘܦܛܝܐ . ܕܥܒܕ
ܣܘܥܪܢܗ ܥܡ ܡܠܟ ܐܫܪܦ . ܘܫܕܪ ܐܝܙܓܕܐ
ܠܘܬ ܪܘܟܢ ܐܠܕܝܢ ܡܪܗ ܕܡܠܝܛܝܢܐ .
ܘܐܙܠ ܐܦ ܦܛܪܝܪܟܐ ܥܡܗ ܕܐܝܙܓܕܐ ܠܕܝܪܐ
ܕܐܒܘ ܓܐܠܒ . ܘܝܬܒ ܬܡܢ ܡܢ
ܟܢܘܢ ܐܚܪܝ ܠܪܝܫ ܬܡܘܙ . ܥܕܡܐ
ܕܐܪܓܝܓ ܪܘܟܢ ܐܠܕܝܢ ܘܐܦܩ ܠܝܫܘܥ ܡܢ
ܕܝܪܐ . ܘܐܦ ܠܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܩܪܝܐ ܘܡܠܟ
ܒܡܕܒܪܢܘܬܗ . ܘܢܦܩ ܗܘ ܡܢ ܕܝܪܐ

sam regionem visitavit, et ab omnibus honorifice, imo solemniter exceptus fuit. In cœnobium Cartaminense cum pervenisset, ordinavit ibi episcopum Castro Zaid, atque inde Mardinum profectus est, ubi pariter a præfecto et regionis incolis magna benevolentia exceptus est. Interea, dum ibi erat, audivit Josuam, datis sex mille denariis Rukn-Addino[1] Melitinæ domino, hujus ope ad monasterium Mar Barsumæ ascendisse ibique vi sedem fixisse; idcirco Kraha biennii spatio Mardini permansit, et cum Malek Aschraph, Adeli filius, Mardinum invasisset[2] eaque relicta pergeret Rhesinam, cum eo profectus est Athanasius patriarcha, atque in ea *urbe* ecclesiam instauravit; volebat etiam cœnobium Sophoclis[3], quod supra eam situm est, erigere; at defuit ei opportunitas, propterea quod legisperitus Sedid-Addula Barnaschu, homo Ægyptius, qui illius negotium cum Malik Aschrapho gerebat, legatum miserat ad Rukn-Addinum Melitinæ dominum, cum quo legato patriarcha usque ad cœnobium Abugalebi perrexit, ibique a Conun posteriori *(Januario)* ad initium Tamuz *(Julii)* consedit, donec *nempe* Rukn-Addin voluit Josuam cœnobio expellere; tum progressus

[1]) ܪܘܟܢ ܐܠܕܝܢ *Rocen-Aldin* vel *Rukn-Addin*, Kalig Arsalani Iconii soltani filius, Melitinam a fratre suo eripuerat anno 1200. Cfr. *Chronici* pars I, text. syr. 435, vers. lat. 445.

[2]) Anno Arabum 599, Christi 1203, ut hunc eventum referens notat Barhebræus in *Chronici* part. I, text. syr. 436, vers. lat. 446.

[3]) Vide supra vol. 387, not. 1. — Conjiciunt Land, *Anecdota syriaca*, I, 74, et post eum Wright, *Catalogue of syriac mss. in the B. M.*, I, 16, nominis etymologiam in *specula* quadam montana, militibus Byzantinis usitata, quærendam esse.

ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܘܝܬܒ ܒܒܝܬܐ ܕܐܒܘܗܝ .
ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܫܒܩ ܘܐܙܠ ܠܡܕܢܚܐ
ܡܢ ܟܪܝܘܬܐ . ܘܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܠܘܬ ܡܪܐ
ܕܡܘܨܠ . ܕܗܢܐ ܟܠܗ ܕܗܒܐ ܕܡܬܟܢܫ ܡܢ
ܐܬܪܗ ܘܡܢ ܐܬܖ̈ܘܬܐ ܐܚܖ̈ܢܐ . ܟܠܗ ܡܒܕܪ ܠܗ
ܐܡܝܪ̈ܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܣܢܝ ܗܘܐ
ܘܣܒܠ ܥܩ̈ܬܐ .

ܘܗܘ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܫܒܥ
ܫ̈ܢܝܢ ܕܝܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ .
ܫܢܝ ܒܫܢܬ ܐܫܝܚ . ܫܢ̈ܝܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ
ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ .

ܘܒܗ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ . ܚܕܬ ܫܡܥܘܢ ܐܣܝܐ
ܚܨܢܝܐ ܓܒܪܐ ܟܐܢܐ ܘܙܕܝܩܐ . ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܩܘܪܝܩܘܣ ܕܙܘܢܝܪܬܐ ܒܐܬܪܐ ܕܩܣܛܪܐ ܕܙܝܕ .
ܡܢ ܕܡܬܚܠܛܝܢ ܬܪܝܢ ܢܗܪ̈ܘܬܐ . ܢܗܪ
ܕܝܒܐ ܘܢܗܪ ܐܪܣܢܝܘܣ ܡܝ̈ܗܘܢ . ܘܨܒܬܗ
ܒܡܐܢ̈ܐ ܡܠܟܝ̈ܐ ܕܕܗܒܐ ܘܕܣܐܡܐ . ܘܟܢܫ
ܒܗ ܐܝܟ ܫܬܝܢ ܕܝܪ̈ܝܐ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ
ܐܪ̈ܥܬܐ ܘܦܕ̈ܢܐ ܒܬܘ̈ܪܐ ܘܡܪ̈ܥܝܬܐ ܣܓܝܐܐ
ܘܟܘ̈ܪܐ ܕܕܒܘܪ̈ܝܬܐ . ܘܗܢܘܢ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ
ܥܡ ܦܬܘܪܐ . ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܕܝܪ̈ܐ ܕܩܝܠܝܩܝܐ
ܕܩܝܠܝܩܝܐ . ܘܐܬܝܕܥܘ ܒܕܘܒܪ̈ܝܗܘܢ ܡܫܒܚ̈ܐ .
ܐܠܐ ܒܚܣܡܗ ܕܣܛܢܐ ܠܐ ܐܓܪܘ ܣܓܝ .
ܕܐܬܚܪܒ ܠܓܡܪ ܗܘ ܕܘܟܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܝܟ
ܕܡܬܚܘܝܐ ܒܕܘܟܬܗ .

est Athanasius Kraha et thronum suum occupavit. Josue autem Melitinam denuo regressus in domo patris sui consedit; Gregorius vero maphrianus abiit ac in Orientem perrexit, tristitia confectus. Hunc porro accusarunt apud Mossulæ dominum, quod aurum omne in illius ditione aliisque locis collectum in gratiam exterorum principum dissiparet; atque idcirco odium incurrit et multas vexas passus est.

Denique Athanasio patriarchæ, postquam tempore septem annorum solium patriarchale tenuisset, fatum fuit, obiitque anno Græcorum 1518 (*Chr.* 1107) in cœnobio Mar Barsumæ.

Eo tempore instauravit Simeon, medicus Hesnensis, vir rectus ac justus, cœnobium Mar Cyriaci Zonieratæ in regione Castri Zaidi, ubi duo fluvii, fluvius Deba et fluvius Arsanias[1] aquas suas miscent; illud autem supellectili regia ex auro et argento ornavit, atque in eo congregavit sexaginta circiter cœnobitas[2], quibus dedit agros, aratra cum bobus, pecora magno munere et alvearia apum. Isti autem in eadem mensa cibum sumebant juxta morem communitatum quæ in Cilicia sunt; inclaruerunt porro moribus suis præstantissimis; at invidia diaboli non diu durarunt, quippe cum locus ille sacer penitus destructum fuerit, ut suo loco ostendetur.

[1]) ܐܪܣܢܘܣ *Arsinus* vel ܐܪܣܢܝܘܣ *Arsanius* ut scribitur in *Bibl. Or.* II, 113, australe Euphratis fluentum, idem ut videtur quod fluvius *Murad*, de quo vide Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, X, 85, 98, 101, 646.

[2]) Pro ܕܝܪ̈ܐ legendum est ܕܝܪ̈ܝܐ

[illegible]

93. *Post Athanasium Kraha dictum, Mar* Joannes, *alias Josue scriptor.*

Defuncto Mar Athanasio Kraha in cœnobio Mar Barsumæ, Mar[1] Michaël junior, alias Josue Sephtana, auri summam obtulit præfecto Melitinæ qui vocabatur Montageb; is ei permisit ut ad cœnobium ascenderet atque in cathedra sua sederet. Cumque illuc ascendisset et sederet, miserunt ad eum episcopus Amidensis Menna, Edessenus nomine Theodorus Schukair, et Hesenmanzuranus Stephanus e Turabdin : «tædet nos, *dicebant*, dissidii, scandali et discordiæ, quæ in ecclesia Dei exstiterunt. Quapropter rogamus te ut e mille denariis, a nobis adhuc pendendis domino Amidæ, nos solvamus tertiam partem, tu quoque tertiam, tertiam vero reliquam cœnobitæ; tu porro in cathedra confirmaberis, scandalum tolletur eritque grex unus et unus pastor.» At Josue Sephtana ne hilum quidem concedens et in eadem sua hirsutia permanens, eis ita respondit : «ego adversarium meum sepelivi, et solium meum possideo; neque opus habeo ut aurum expendam. Qui in se aurum *pendendum* susceperit, ipse aurum solvat.» Tunc, cum audirent responsum ad hunc modum esse comparatum, in furorem versi sunt præsules isti, et cum jecore amaro se mutuo

[1]) Titulus honoris ܡܪܝ *Mar*, hoc loco et postea pluries, in codice Londinens Michaëlis nomini præpositus, inde fuit erasus, procul dubio a monophysita quodam possessore vel lectore, qui Michaëlem illegitime constitutum patriarchali albo expungendum putarit.

ܡܙܡܢܬܐ ܙܡܢܘ ܗܘ ܕܝܢ . ܘܐܬܟܢܫܘ
ܒܕܝܪܐ ܕܫܝܪܐ . ܥܡ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܛܘܪ
ܥܒܕܝ̈ܢܝܐ . ܘܐܬܡܠܟܘ ܐܟܚܕܐ ܕܢܣܪܛܘܢ
ܠܝܫܘܥ ܣܦܪܐ ܪܗܘܡܝܐ . ܕܬܡܢ ܡܬܕܒܪ
ܗܘܐ. ܒܚܝ̈ܐ ܡܫܝ̈ܚܝܐ ܕܝܚܝܕܝܘܬܐ . ܗܘ ܕܝܢ
ܓܒܪܐ ܩܕܝܫܐ ܟܕ ܫܡܥ ܕܗܕܐ ܡܬܪ̈ܛܢܝܢ
ܒܗܘܢ. ܫܒܩ ܐܢܘܢ ܘܥܪܩ ܠܢܨܝܒܝܢ.
ܘܐܦ ܣܦܛܢܐ ܟܕ ܐܣܬܟܠ ܕܡܬܟܢܫܝܢ
ܠܣܟܝܣܡܐ . ܕܚܠ ܘܪܬܝܬ ܘܐܫܬܪܝܘ
ܒܘܪ̈ܟܘܗܝ . ܘܫܕܪ ܡܚܕܐ ܠܘܬܗܘܢ . ܠܪܒܢ
ܡܒܪܟ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܥܘܡܪܐ. ܓܒܪܐ ܗܕܝܪܐ
ܘܡܝܩܪܐ . ܘܠܪܒܢ ܡܝܟܐܝܠ ܩܪܕܘܡ
ܕܢܦܝܣܘܢ ܐܢܘܢ . ܕܠܐ ܢܥܒܕܘܢ ܣܟܝܣܡܐ .
ܘܢܐܬܘܢ ܠܘܬܗ ܠܥܘܡܪܐ ܘܗܘ ܡܕܡ ܕܨܒܝܢ
ܢܫܠܡ. ܘܐܦܢ ܟܠܗ ܕܗܒܐ ܕܐܡܕ ܢܣܝܡܘܢ
ܢܫܒܘܩ . ܠܢܦܫܗ ܕܠܐ ܥܠܬܐ ܘܡܥܠܬܐ .
ܘܟܕ ܐܬܘ ܠܘܬ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܬܪ̈ܝܗܘܢ ܪ̈ܝܫܕܝܪܐ
ܪܒܢ ܡܒܪܟ ܡܢ ܒܫܦܝܘܬܐ
ܡܠܟ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܢܥܒܕܘܢ ܦܠܓܘܬܐ
ܒܥܕܬܐ : ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢ ܣܕܩܐ . ܪܒܢ
ܡܝܟܐܝܠ ܕܝܢ ܒܠܫܢܗ ܡܦܝܣ ܗܘܐ .
ܘܒܥܝ̈ܢܘܗܝ ܪܡܙ ܗܘܐ ܕܠܐ ܢܬܦܝܣܘܢ .
ܐܦ ܠܚܫ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܒܛܘܫܝܐܝܬ .
ܕܣܦܛܢܐ ܥܠ ܗܕܐ ܒܠܚܘܕ ܚܦܝܛ ܕܟܢܫܟܘܢ
ܢܒܕܪ. ܘܠܟܠܟܘܢ ܚܕ ܡܢ ܚܕ ܢܦܪܫ.
ܘܠܡܒܕܪܘܬܟܘܢ ܡܬܚܦܛ . ܘܐܦܠܐ ܡܢ
ܡܢܝܐ ܠܐ ܡܥܕܪ ܠܟܘܢ ܡܢ ܕܗܒܐ .
ܘܡܬܬܒܥ ܠܟܘܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢܟܘܢ ܡܐ ܕ
ܡܫܬܠܛ . ܘܡܫܠܡ ܒܟܘܢ ܨܒܝܢܗ .

invitarunt ac congregati sunt in cœnobio Schiræ, cum aliis præsulibus Turabdinensibus. Porro una consilium inierunt ordinandi Josuam scribam Romanum qui illic vitam eremiticam religiose agebat. Cum vero audisset vir sanctus istud ab illis de ipso mussitari, reliquit eos et Nisibin aufugit. Sephtana autem percipiens illos ad schisma parandum coadunatos esse territus est et contremuit, ejusq̇ue genua dissoluta sunt. Igitur illico ad eos ablegavit Rabban Mubarech, cœnobii archimandritam, virum illustrem et honestum, necnon Rabban Michaëlem Kardum, qui eis persuaderent ne schisma perficerent, utque ad ipsum in cœnobium venirent; ipsum porro quodcumque vellent perfecturum, atque, etiamsi omne aurum Amidæ imponerent ipsi, hoc se, remotis ambagibus et excusatione, soluturum. Jam vero cum ad præsules pervenissent archimandritæ ambo, Rabban Mubarech quidem sincere eis consilium dedit ut a dissensione movenda in ecclesia abstinerent, *dicens* ipsis cavendum esse a schismate; Rabban Michaël vero, dum lingua persuadebat, innuebat oculis suis ne se persuaderi sinerent; imo hoc eis clanculo insusurrabat : « Sephtana, aiebat, de hoc uno sollicitus est ut cœtum vestrum dissolvat, studetque ut vos unum ab altero quantocius separet et dispergat; et ne uno quidem obolo auri vos adjuvabit; præterea a vestrum singulis cum dominatus fuerit ultionem exiget atque in vobis arbitrium suum explebit. »

ܗܝܕܝܢ ܝܬܝܪ ܐܬܚܡܬܘ ܣܓܝܐܬܐ
ܗܢܘܢ ܩ̈ܫܝܫܐ . ܘܩ̈ܫܝܬܐ ܦܢܝܘ ܠܪ̈ܝܫܕܝܪܐ
ܕܠܡܦܝܣܘܬܗܘܢ ܐܬܘ . ܘܟܕ ܐܙܠܘ ܡܢ
ܠܘܬܗܘܢ ، ܫܕܪܘ ܗܠܝܢ ܩ̈ܫܝܫܐ ܬܪܝܢ
ܡܢܗܘܢ ܠܢܨܝܒܝܢ . ܘܥܡܗܘܢ ܡܨܢܦܬܐ .
ܘܦܩܕܘ ܐܢܘܢ . ܕܐܝܟܐ ܕܡܫܟܚܝܢ ܐܠܗ
ܠܗ ܠܓܒܝܐ ܪܒܢ ܝܫܘܥ . ܢܣܝܡܘܢ ܥܠ
ܪܝܫܗ ܡܨܢܦܬܐ ܘܢܝܬܘܢܝܗܝ . ܘܟܕ ܐܙܠܘ
ܘܐܫܟܚܘܗܝ . ܥܒܕܘ ܠܗ ܗܟܢܐ . ܘܐܬܠܒܟܘܗܝ
ܒܩܛܝܪܐ ܠܕܝܪܐ ܕܫܝܪܐ ܘܬܡܢ ܐܬܬܣܝܡ
ܦܛܪܝܪܟ . ܒܫܢܬ ܐܦܝܛ ܕܝܘ̈ܢܝܐ . ܘܐܬܩܪܝ
ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ . ܘܨܒܘ ܕܢܥܠܘܢܝܗܝ
ܠܐܡܝܕ ܘܠܡܪܕܝܢ ܘܠܛܘܪܥܒܕܝܢ . ܗܘ
ܕܝܢ ܐܬܟܠܝ ܒܥ̈ܠܠܬܐ . ܘܐܫܬܘܕܝ ܠܗܘܢ
ܕܠܙܒܢܐ ܐܚܪܢܐ ܢܐܙܠ . ܘܟܕ ܩܛܪܘ ܒܟܪܘܣܗ
ܕܢܐܙܠ ܥܡܗܘܢ . ܘܠܐ ܐܫܬܡܥ ܠܗܘܢ .
ܓܙܪܘ ܥܡܗ ܩܝܡܐ . ܕܒܬܪ ܝܪ̈ܚܐ ܩܠܝܠ
ܢܐܬܘܢ ܠܡܕܒܪܢܘܬܗ .

ܘܟܕ ܫܒܩܘܗܝ ܘܐܙܠܘ . ܩܡ ܗܘ ܩܕܝܫܐ
ܡܚܕܐ . ܘܥܒܪ ܗܢܘ ܠܩܝܠܝܩܝܐ . ܐܝܟ
ܕܒܥܪܘܩܝܐ ܡܢܗܘܢ ܕܩ̈ܫܝܫܐ . ܘܟܕ ܡܛܐ
ܠܕܝܪܐ ܕܦܣܩܡܛ ܒܐܣܟܡܐ ܥܠܡܢܝܐ . ܠܐ
ܨܒܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܗܘ ܕܢܥܠܝܘܗܝ ܠܕܝܪܐ .
ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܐܝܟ ܕܗܘ ܩܪܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ

Tum vehementius ira inflammati sunt præsules isti, et archimandritis qui ad eos placandos venerant dura responderunt; dein, cum hi recessissent, iidem præsules duos ex ipsis cum, tiara[1]. Nisibin miserunt, jubentes eos ut, ubicumque electum Rabban Josuam reperissent, tiaram ejus capiti imponerent eumque adducerent. Qui cum abiissent eumque reperissent, ita cum eo fecerunt eumque vi ad cœnobium Schiræ peduxerunt : ibi ordinatus est patriarcha anno Græcorum 1519 *(Chr.* 1208), et cognominatus est Mar Joannes. Voluerunt porro eum introducere Amidam, Mardinum et Turabdinum; at ille prætextibus sese excusavit, promisitque se alio tempore iturum; cumque ad iter impulissent quin aliquid ab eo impetrarent, pactis *promissum* ei obfirmarunt se post menses aliquot ad eum assumendum redituros.

Quando vero isti eum reliquerant et abierant, vir sanctus mox in Ciliciam concessit præsules istos quodammodo fuga devitans. Ad cœnobium Paksemat cum pervenit in habitu vulgari, noluit archimandrita eum in cœnobium introducere; dicebat enim : «quandoquidem patriarcha proclama-

[1]) ܡܨܢܦܬܐ a Morino, *De sacris ordinat. Jacobit.*, 499 et de *ordin. Maron.*, 428, redditur *cidaris, mitra.* Est hebraicum מִצְנֶפֶת quod legitur *Exod.* XXVIII, 4, J. S. Assemanus, *Bibl. Or.* II, 370, *amictum* vertit, quod et facit Al. Assemanus *Cod. liturg.* IX, 142 et X, 67. Sed eorum interpretatio voce tantum, non re, differt ab illa Morini; nam J. S. Assemanus, *Dissert. de Nestorian.* 683, ita mentem suam explicat : «*Apud Syros Maronitas et Jacobitas, consecratus patriarcha induitur* ܡܨܢܦܬܐ *masnaphta, seu amictu* biruno *simili.*» Hinc patet doctissimos viros amictu designare birunam seu cidarim patriarchalem.

ܗܘܝܬ ܠܟܠܢܫ. ܘܐܢܐ ܒܠܥܕ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ
ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܕܐܩܒܠܟ ܠܘܬܝ. ܘܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ. ܒܦܫܝܛܘܬ ܩܒܠܗ ܠܡܠܬܗ
ܕܐܪܟܝܡܢܕܪܝܬܐ. ܘܝܬܒ ܒܩܠܝܬܐ ܕܠܒܪ
ܠܬܪܥܐ ܕܝܪܐ ܡܢ ܠܒܪ. ܥܢܝܕ ܥܢܐ. ܟܕ
ܫܡܥ ܕܘܟܬܐ ܡܥܕܪܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܪܟܝܡܢܕܪܝܬܐ ܕܕܝܪܐ
ܕܓܘܝܟܬܐ. ܐܬܟܪܝ ܠܗ ܘܐܬܐ ܢܣܒܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܕܒܪܗ ܘܐܥܠܗ ܒܩܠܝܬܐ ܕܕܝܪܝܐ ܐܝܟ
ܚܕ ܡܢ ܕܝܪܝܐ. ܘܟܕ ܐܬܝܒ ܠܐܘܢ ܡܠܟܐ
ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܒܡܡܨܝܨܛܝܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܒܩܪܝܒܘܬܐ ܕܕܝܪܐ ܕܓܘܝܟܬܐ. ܐܠܨܗ
ܐܪܟܝܡܢܕܪܝܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܥܠܗ ܠܘܬ ܡܠܟܐ.
ܘܬܢܐ ܠܗ ܣܘܥܪܢܐ. ܘܟܕ ܐܣܬܟܠ ܡܠܟܐ
ܕܩܕܝܫܐ ܗܘ ܓܒܪܐ. ܐܡܪ ܠܐܪܟܝܡܢܕܪܝܬܐ. ܕܝܕܥ
ܐܢܬ ܕܐܢܐ ܒܫܝܢܐ ܐܝܬܝ ܥܡ ܣܘܠܛܢܐ
ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ. ܘܟܝܢܬ ܬܚܝܬܘܗܝ. ܘܠܐ
ܡܨܐ ܐܢܐ ܕܐܦܩܘܕ ܠܟܘܢ ܕܬܟܪܙܘܢ ܠܗܢܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ. ܥܕܡܐ ܕܒܐܬܪܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܠܐ
ܡܬܟܪܙ. ܐܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܢܫܐܠ ܡܢ ܕܘܟܬܐ
ܕܣܦܩܐ ܠܗ ܘܠܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܘܐܢܐ ܐܬܠ
ܠܗ ܕܢܨܠܐ ܥܠܝ ܘܥܠ ܡܠܟܘܬܝ. ܘܟܕ
ܐܡܪ ܐܪܟܝܡܢܕܪܝܬܐ ܠܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡ̈ܠܘܗܝ
ܕܡܠܟܐ. ܒܪܟ ܠܗ ܘܐܡܪ. ܕܗܢܐ
ܕܝܪܐ ܕܥܡܪ ܐܢܐ ܣܦܩ ܠܝ. ܘܠܐ
ܣܢܝܩ ܐܢܐ ܠܕܘܟܬܐ ܐܚܪܬܐ. ܘܡܚܕܐ

tus fuisti, non possum ego te absque mandato regis apud me recipere.» Patriarcha autem Mar Joannes hanc archimandritæ sententiam in simplicitate cordis excepit, et in cellula extra cœnobium juxta hujus portam commoratus est, solus orationi vacans. Tum archimandrita cœnobii Gavicathæ, *id* indigne ferens, *illuc* advenit et patriarcham apud se assumpsit, eumque in cellam monachi veluti monachum introduxit. Postea dum Leo, Ciliciæ rex, Mopsuestiæ, urbe in vicinia cœnobii Gavicathæ, versaretur, archimandrita patriarcham adegit et introduxit ad regem, cui gesta exposuit; atque rex, intelligens illum esse virum sanctum, archimandritæ dixit: «novisti me vivere in pace cum soltano Beth-Romæorum[1] et sub eo positum esse, ita ut vobis præcipere non possim ut hunc patriarcham renuncietis quamdiu in Beth-Romæorum regione non fuerit proclamatus. At volo ut de loco sibi et discipulis suis sufficiente petitionem proponat, atque *hunc*, ut pro me et regno meo oret, ei concedam.» Cumque archimandrita retulisset verba regis Mar Joanni, is illi *bene* precatus est et ait: «cœnobium istud, in quo commoror, mihi sufficit, nec opus habeo alio loco.» Hinc illico rex scripsit illi di-

[1]) ܣܘܠܛܢܐ ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ *Soltanus Beth-Romæorum* seu *Sultanus qui inter Romanos seu Græcos* in Asia minori Iconii et Cæsareæ Cappadociæ regnabat. Is tunc erat ܗܘ ܟܝܟܐܘܣ ܥܙܐܠܕܝܢ Ezaldinus vel Ezaddinus Cicaus, filius soltani Giathaldin Kiseru (ܓܝܬܐܠܕܝܢ ܟܝܟܣܪܘ) qui mortuus est anno Arabum 604, Christi 1208. Cfr. *Chronici* 1 pars, text. syr p. 451, vers. lat. p. 463.

ܦܩܕ ܠܗ ܡܠܟܐ ܣܝܓܝܠܠܝܘܢ . ܕܗܘ
ܕܦܛܪܝܪܟ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܢܬܡܠܟ ܥܠ ܕܝܪܐ
ܓܒܝܟܬܐ ܘܥܠ ܕܘ̈ܟܝܬܗ ܘܥܠ ܟܠ
ܩܢܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗ . ܘܗܕܐ ܗܘܬ ܥܠܬܐ
ܕܟܫܠܐ ܠܪܝܫܕܝܪܐ ܗܘ . ܘܫܪܝ ܡܒܨܪ ܡܢ
ܐܝܩܪܐ ܕܦܛܪܝܪܟ . ܗܝܕܝܢ ܐܠܨܘܗܝ ܕ̈ܝܪܝܐ
ܠܦܛܪܝܪܟ . ܘܫܪܝܗ ܠܪܝܫܕܝܪܐ ܗܘ ܡܢ
ܪܝܫܕܝܪܘܬܐ . ܘܐܩܝܡ ܠܫܡܥܢܝܐ ܐܢܫ
ܕܝܪܝܐ ܚܠܦܘܗܝ .

ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܐ̈ܢܫܐ ܕܐܡܕ ܘܫܘ̈ܬܦܘܗܝ .
ܕܐܬܝܩܪ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܢ ܡܠܟܐ ܠܐܘܢ .
ܘܐܦ ܕܝܪܐ ܫܘܠ ܐܬܝܗܒ ܠܗ . ܐܙܠܘ
ܠܘܬܗ . ܘܐܦ ܠܘܬ ܡܠܟܐ . ܘܢܣܒܘ
ܡܢܗ ܦܬܩܐ ܕܒܥܘܬܐ ܠܘܬ ܣܘܠܛܢܐ
ܥܙܐܠܕܝܢ ܡܛܠܬܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ .
ܘܟܕ ܡܬܚܦܛܝܢ ܕܠܐ ܨܒܐ ܐܦܩܘܗܝ ܡܢ
ܩܝܠܝܩܝܐ ܘܐܙܠܘ ܠܩܣܪܝܐ ܕܩܦܕܘܩܝܐ .
ܘܐܘܫܛܘܗ ܠܐܓܪܬܐ ܕܡܠܟܐ ܠܘܬ
ܠܣܘܠܛܢܐ ܥܙ ܐܠܕܝܢ . ܘܟܕ ܩܪܐ
ܣܘܠܛܢܐ ܘܐܫܬܘܕܥ ܕܩܕܝܫܐ ܗܘ ܓܒܪܐ .
ܐܬܪܓܝ ܠܡܚܙܝܗ . ܘܟܕ ܦܩܕ ܐܥܠܘܗܝ
ܠܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܠܘܬܗ . ܘܩܒܠܗ ܒܐܝܩܪܐ
ܪܒܐ . ܘܟܕ ܩܪܒ ܦܪܣܘܦܐ ܫܚܝܡܐ ܦܛܪ
ܝܪܟ ܠܣܘܠܛܢܐ . ܩܒܠܗ ܡܢܗ
ܒܚܘܒܐ ܐܝܟ ܕܠܒܘܪܟܬܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܣܘܠܛܢܐ
ܝܗܒ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܦܪܣܐ ܚܘܪܐ ܕܐܒܪܝܫܡ
ܝܩܝܪܐ . ܘܥܒܕܗ ܦܝܢܐ . ܘܠܗ ܠܒܫ
ܗܘܐ ܐܡܝܢܐܝܬ . ܘܠܐ ܫܚܠܦܗ ܥܕܡܐ
ܕܡܝܬ . ܘܦܩܕ ܠܗ ܐܦ ܣܝܓܝܠܠܝܘܢ

ploma hujusmodi : «patriarcha Mar Joannes præpositus cst cœnobio Gavicathæ, ejusdem provinciis et possessionibus omnibus.» Hoc vero offensionis ansam dedit archimandritæ, qui porro patriarcham minus honorare cœpit; tum cœnobitis impellentibus, patriarcha archimandritam exuit officio eique Samanium quemdam monachum suffecit.

Porro episcopus Amidæ ejusque socii, audientes Mar Joannem a Leone rege honorifice habitum atque etiam cœnobio donatum fuisse, ad illum perrexerunt, regem quoque adierunt acceperuntque ab eo supplicem libellum ad soltanum Ezaddinum pro Mar Joanne; hunc vero etsi reluctantem molestis instantiis eduxerunt e Cilicia, Cæsarcam Cappadociæ concesserunt, ac epistolam Leonis regis soltano Ezaddino exhibuerunt : quam cum legisset soltanus et intellexisset virum illum esse sanctum, eum videndi cupidus fuit; itaque, eo jubente, Mar Joannem ad eum introduxcrunt. Excepit illum cum honore magno; et cum panniculum vulgarem patriarcha obtulisset soltano, is illum ab eo cum amore accepit tanquam benedictionem; ipse vero soltanus patriarchæ dedit pannum album e serico pretioso, ex eoque planetam confecit, quam ille perpetuo induit nec unquam mutavit quoad vixit. Præterea scripsit ei diploma præclarum, ut in di-

ܢܬܟܪܙ . ܕܗܘ ܠܒܠܚܘܕ ܦܛܪܝܪܟ
ܒܟܪܘܙܘܬܗ ܗܠܝܢ ܐܬܝܠܗ .

ܘܢܣܒܘܗܝ ܐܦܣ̈ܩܦܐ ܠܡܪܝ ܥܡܗܘܢ
ܘܢܦܩܘ ܡܢ ܩܣܪܝܐ . ܘܐܪܚܘ ܠܘܬ
ܠܕܝܪܐ . ܘܟܕ ܫܡܥ [ܡܪܝ] ܡܝܟܐܝܠ
ܙܥܘܪܐ . ܢܦܩ ܡܢ ܕܝܪܐ . ܘܐܙܠ
ܠܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܥܠܘ ܐܦ ܐܦܣ̈ܩܦܐ ܘܦܛܪ̈
ܠܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܢܦܩ ܟܠܗ ܥܡܐ
ܠܐܘܪܥܗܘܢ .. ܘܐܙܠܘ ܐܝܟ ܒܗܘܠܐ ܪܒܐ
ܠܬܪܥܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܕܡܪܝ ܬܐܘܕܘܪܘܣ .
ܘܥܠ ܫܒܒܘܬܐ ܕܒܝܬ [ܡܪܝ] ܡܝܟܐܝܠ
ܥܒܪܘ ܥܒܘܪܗܘܢ . ܘܟܕ ܡܛܘ
ܠܬܪܥ ܕܪܬܐ ܕܒܗ ܝܬܒ ܗܘܐ ܗܢܐ ܝܫܘܥ.
ܫܬܩܘ ܩܝ̈ܡܐ ܠܡܙܡܪ̈ܢܐ ܡܬܘܬ̈ܒܐ . ܘܫܪܝ
ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܐܘܪܗܝܐ ܗܘ ܢܨܝܚ ܩܠܐ ܘܒܣܝܡ
ܢܥܡܬܐ ܩܬܝܣܡܐ ܗܘ ܕܐܝܟܐ ܐܢܬ ܝܘܡܢ
ܐܘ ܝܗܘܕܐ ܢܟܝܠܐ . ܬܐ ܚܙܝ ܠܚܒܪ̈ܝܟ
ܘܫܪܟܐ . ܘܠܐ ܐܬܦܢܝܘ ܡܢ ܬܡܢ ܥܕܡܐ
ܕܫܠܡܘܗܝ ܟܠܗ . ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ
ܬܘܒ ܕܝܪܝܐ ܐܚܕ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ . ܡܢ
ܫܪܒܬܐ ܕܟܝܫܦܠܝܓ ܣܢܐܐ ܪܒܐ
ܕܣܦܬܢܝܐ . ܘܡܠ̈ܝܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܡܩܒܠ ܗܘܐ . ܐܦ

tione sua ille solus patriarcha proclamaretur.

Tum episcopi Mar Joannem secum assumentes Cæsarea exierunt et versus cœnobium iter instituerunt; quo audito, [Mar] Michaël junior cœnobium reliquit et abiit Melitinam. Episcopi quoque et patriarcha Melitinam ingressi sunt, et omnis populus in occursum eorum exiit. Perrexerunt illi cum magno apparatu ad portam Mar Theodori quæ vocatur, ac porro per viciniam domus [Mar] Michaël transitum suum fecerunt; cumque ad januam atrii in quo sedebat Josue iste pervenissent præsules, silentium imposuerunt cantoribus indigenis, atque Theodorus Edessæ, præclara voce et modulatione amœna præditus, exorsus est hocce cathisma[1]: « ubinam es hodie, o fraudulente Juda; veni et vide socios tuos, » et reliqua; neque illinc declinarunt ante quam totum absolvisset. Aderat cum eis cœnobita quidam Melitinensis e familia Kischpelig, Sephtanæ hostis infensissimus, qui multa *in eum* effutiit; item presbyter aliquis, familiæ [Mar] Michaë-

[1]) ܩܬܝܣܡܐ in cod. Oxon. ܩܐܬܝܣܡܐ rectius in cod. Cantabr. scribitur ܩܬܝܣܡܐ; est enim ipsissima vox græca καθισμα, quum explicat Du Cange in *Glossario ad scriptores mediæ infimæque græcitatis* : « καθισματα, inquit, vocantur *divisiones* seu sectiones totius psalterii eaquu numero viginti... Jam vero ista singula καθισματα dividuntur in tres partes, quæ hymno illo, *gloria Patri et Filio*, etc. terminantur, aliter ac fit in ecclesia latina quæ dictum hymnum post singulos psalmos recitat. « καθισματα prætcrea dicuntur *cantica* quæ sedendo persolvuntur, ut cantoribus levamen concedatur; » postquam scilicet psalmos stando recitarunt. Notat enim Leo Allatius in *Dissert. de lib. eccles. græc.*, p. 40, ap. Fabricium, *Bibl. gr.*, t. V, psalmos a græcis stando recitari. Addit Cangius ista καθισματα seu cantica secundum materiæ discrimina ανακλισιμα, αναστασιμα, etc. vocari. Secundo hoc sensu vocem ܩܬܝܣܡܐ in præsenti Barhebræi loco usurpari ex contextu patet.

ܩܪܝܒ ܐܢܫ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܛܠܬܐ ܕܝܠܗ [ܣܢܐ]
ܡܬܚܪܐ ܠܗ ܒܪܡ ܣܢܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. ܘܐܝܟ
ܗܘܐ ܠܗ [ܕ]ܡܢ ܫܢܝܐ ܣܓܝܐܐ ܟܘܬܝܢܐ ܬܟܠܬܐ
ܠܒܝܫ ܗܘܐ. ܒܗܢܐ ܝܘܡܐ ܠܒܫ ܚܘܪܬܐ
ܘܐܬܐ ܠܘܬ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܘܐܡܪ. ܡܛܠ
ܗܝ ܕܐܚܙܝܟ ܐܬܥܨܪܬ ܣܓܝ. ܘܐܝܟ ܗܠܝܢ
ܡܛܠ ܗܕܐ ܓܕܫ ܐܦ ܗܘܐ ܠܗ ܠܨܦܬܢܐ
ܐܦ ܡܢ ܩܪܝܒܘܗܝ. ܘܟܠܗܝܢ
ܒܐܕܢܘܗܝ ܫܡܥ ܗܘܐ ܗܘ ܨܦܬܢܐ. ܘܒ
ܥܝܢܘܗܝ ܚܙܐ ܗܘܐ. ܡܛܠ ܕܒܥܠܝܬܐ
ܕܠܥܠ ܡܢ ܬܪܥܐ ܝܬܝܒ ܗܘܐ.

lis per uxorem suam affinis quidem sed eam odio prosequens, qui quum a multis annis tunica cærulea indui soleret, hac die induit albam, et adiit Mar Joannem, dicendo : «ut te viderem, jam diu arctatus eram,» et reliqua. Talis nempe sors obtigit Sephtanæ vel ab ipsis cognatis ejus; atque hæc omnia auribus suis audiebat Sephtana, oculis suis videbat; sedebat enim in cœnaculo supra januam sito.

ܟܕ ܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܗܘܝܢ ܗܘܘ.
ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܢ ܗܝ ܕܠܘܬܗ
ܠܐ ܫܠܐ. ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܫܒܝܐ ܗܘܐ ܒܐܝܕܝ
ܐܦܣܩܘܦܐ. ܗܘܘ ܐܝܟ ܕܒܐܘܪܓܢܐ ܡܫܠܡܝܢ
ܗܘܘ ܚܫܘܗܝ. ܟܕ ܗܘ ܠܐ ܪܥܐ.
ܘܒܗ ܒܡܠܝܛܝܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܟܢܫܘ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܒܫܡܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ. ܟܣܦܐ ܕܐܦ
ܢܫܐ ܙܥܘܪܝܬܐ ܡܫܬܒܚܬܐ ܙܒܢܘ
ܗܘܘ. ܝܕܥ ܗܘܐ ܓܝܪ ܥܡܐ ܕܚܘܒܐ
ܣܓܝܐܐ ܐܝܬ ܠܗ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܒܝܕ ܦܛܪܝܪܟܐ.
ܬܘܒ ܕܝܢ ܣܢܝܢ ܗܘܘ ܡܠܝܛܝܢܝܐ
ܠܝܫܘܥ. ܐܦܢ ܒܪ ܡܕܝܢܬܗܘܢ ܗܘܐ.
ܡܛܠ ܪܡܘܬ ܪܥܝܢܐ ܘܚܘܒܐ ܕܟܣܦܐ ܕܠܐ ܡܫܘܚܬܐ
ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ. ܘܠܘ ܬܪܬܝܢ ܗܠܝܢ
ܡܣܢܝܢ ܚܛܗܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܠܗ
ܘܠܐܚܘܗܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ.
ܠܝܬ ܗܘܐ ܒܙܒܢܗܘܢ ܐܢܫ ܕܦܚܡ ܠܗܘܢ
ܒܝܘܠܦܢܐ ܘܢܟܦܘܬܐ. ܘܒܪܘܪܒܘܬܐ
ܕܦܪܨܘܦܐ ܘܒܩܘܡܬܐ. ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ

Dum vero ista cuncta agebantur, patriarcha Mar Joannes non temperabat a lacrymis, quod veluti captivus esset in manibus episcoporum, qui per illum veluti per instrumentum passiones suas explebant, ac ipse minime pastorem agebat. In ipsa *urbe* Melitina præsules nomine patriarchæ ingentem summam *pecuniæ* collegerunt, ita ut mulierculæ omnes ornamenta sua pretiosa prodigerent; sciebat enim populus debita multa patriarchæ causa præsulibus incumbere; præterea Melitinenses Josuam, etsi concivem suum, valde oderant propter superbiam ejus et avaritiam immodicam. Ceterum, si excipias duo vitia hæc odiosa quæ ipsi ejusque fratri Gregorio, Orientis maphriano, inerant, non erat illorum ætate quisquam qui illis doctrina, castitate, majestate vultus et statura comparari posset. Jam vero ita quoque e Melitina Mar Joannem in cœnobium reduxerunt, cumque throno suo insi-

ܠܥܘܡܪܐ ܐܦܩܘܗܝ ܠܡܪܝ ܡܠܝܛܝܢܝܐ .
ܘܐܘܒܠܘܗܝ ܠܐܘܪܗܝ . ܘܐܟܢ ܥܘܡܪܐ
ܐܩܒܠܘܗܝ ܐܘܪܗܝܐ . ܘܝܬܝܪ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܝܐ
ܡܬܡܪܝܢ ܥܠܝܡܬܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܟܠܬܐ ܚܕܬܐ.
ܘܕܗܒܐ ܠܐ ܙܥܘܪ ܟܢܫܘ . ܥܕܡܐ ܕܥܠܝܡܬܐ
ܒܬܘܠܬܐ . ܫܪܝܐ ܠܗܝܢ ܕܫܩܠܐ ܩܕܫܐ
ܘܫܘܪܐ ܘܡܢܝܩܐ . ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܝ ܘܐܡܪܝܢ
ܥܠܝܢ ܕܢܨܒܘܬ ܢܦܫܢ ܘܢܬܩܢܢ
ܘܐܒܘܢ ܚܝܒ ܒܚܘܒܬܐ ܠܫܠܝܛܢܐ . ܘܡܢ
ܐܘܪܗܝ ܐܙܠܘ ܠܐܡܕ ܘܠܡܪܕܝܢ ܘܠܛܘܪ
ܥܒܕܝܢ . ܘܟܢܫܘ ܣܓܝ ܕܢܦܪܥܘܢ ܐܠܦ
ܕܝܢܪܝܢ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ . ܘܐܘܬܪܘ ܐܦ
ܣܓܝ . ܫܡܥܬ ܓܝܪ ܠܕܘܝܕ ܪܝܫܐ ܕܝܪܐ
ܕܥܘܡܪܐ ܕܩܪܬܡܝܢ ܕܐܡܪ . ܕܟܕ ܡܟܪܟܝܢ
ܗܘܘ ܪܫܐ ܠܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܒܐܬܪܐ ܕܛܘܪ ܥܒܕܝܢ . ܘܠܒܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗ
ܐܦ ܐܣܟܝܡܗ . ܥܨܝܐ ܗܘܐ ܣܓܝ
ܘܒܟܐ ܘܐܡܪ . ܘܝ ܠܝ ܕܐܝܟ ܕܒܐ ܗܘܝܬ
ܠܟܘܢ . ܕܒܝ ܡܬܬܓܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܟܣܦܐ .
ܐܢܬܘܢ ܬܬܠܘܢ ܦܬܓܡܐ ܠܐܠܗܐ .

ܘܟܕ ܫܠܡܘ ܟܘܪܗܡܐ ܐܥܠܘܗܝ ܠܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܥܘܡܪܐ ܬܘܒ ܠܥܘܡܪܐ.
ܘܟܕ ܫܒܩܘܗܝ ܘܐܙܠܘ . ܥܪܩ
ܬܘܒ ܠܩܝܠܝܩܝܐ . ܐܝܟ ܕܢܬܒ
ܒܫܝܢܐ ܒܫܠܝܐ . ܘܟܕ ܗܘܐ ܒܥܘܡܪܐ
ܕܓܘܝܩܬܐ ܙܒܢܐ ܚܕ . ܬܘܒ ܣܦܬܢܐ
ܠܫܠܝܛܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܒܫܘܚܕܐ ܐܦܝܣ
ܘܣܠܩ ܠܥܘܡܪܐ . ܘܐܬܒ ܒܗ ܟܘܪܣܝܐ
ܕܪܝܫܘܬܐ . ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܐܬܐ

dere fecerunt. Deinde e cœnobio eum abduxerunt Edessam, eumque eodem modo, imo majore amore quam Melitinenses, Edesseni excepere, aurum non exiguum conferentes, in tantum ut puellæ virgines et sponsæ recentes a se dimitterent prodigerentque armillas suas, torques, periscelides ac annulos; dicebant enim: „quomodo nos *deceret* ornatus, dum pater noster ære alieno a principibus gravatur?" Postea Edessa profecti, perlustrarunt Amidam, Mardinum et Turabdin, et satis collegerunt ut mille denarios ab ipsis solvendos exsolverent, imo multum præterea lucrati sunt. Audivi enim Davidem, venerabilem cœnobii Cartaminensis præsulem, asserentem quod, cum præsules Mar Joannem patriarcham per regionem Turabdinensem circumducerent, eumque etiam habitu ejus dignitatis induerent, ille ita violenter tractatus flens dixerit: „væ mihi, qui vobis tanquam ursus effectus sum, quo vos ad corrogandos numos utimini. Vos Deo rationem reddetis!"

Quum autem circulum absolvissent, patriarcham Mar Joannem ad cœnobium denuo adduxerunt; at mox ut ipsi cum relinquentes abierant, ille in Ciliciam iterum aufugit, ut illic vitam tranquillam degeret; dum vero aliquo tempore in cœnobio Gavicathæ morabatur, Sephtana denuo præfectos Melitinæ donis subornavit, ad cœnobium ascendit ibique sedem suam constituit. Postea perla-

ܠܘܬܗ ܠܥܘܡܪܐ ܡܛܐ ܠܗܝܐܠ ܩܠܥܬܐ
ܕܐܬܪܐ ܕܣܝܓܪ . ܐܬܟܪܗ ܘܡܝܬ. ܘܐܬܬܥܝܠ
ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ ܘܐܬܩܒܪ .
ܒܫܢܬ ̱ܐܦܟܘ ܕܝܘ̈ܢܝܐ . ܘܡܪܝܪ̇ ܠܗ
ܠ[ܡܪܝ] ܡܝܟܐܝܠ ܛܒ . ܘܒܥܩܬ
ܢܦܫܐ ܢܦܠ . ܡܛܠ ܕܫܘܪܗ ܟܠܗ ܚܣܝܢܐ
ܐܫܬܪܝ ܘܢܦܠ . ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܐܚܐ ܡܢ
ܐܚܘܗܝ ܐܝܟ ܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܫܘܪܗ .
ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܗܘ ܒܫܘܠܡ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘ̈ܡܬܐ
ܕܡܘܬܗ ܕܐܚܘܗܝ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ . ܡܫܬܥܝܐ ܕܚܕ ܡܢ ܪܝܫܕܝܪ̈ܐ
ܥܠ ܠܘܬ ܣܦܛܢܐ ܟܕ ܕܡܟ . ܘܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ
ܐܢ ܡܢ ܗܘ ܡܝܬ . ܘܦܪܨ ܒܟܝܐ ܘܡܚܐ ܠܗ
ܐܦ̈ܘܗܝ ܘܐܡܪ . ܘܝ ܠܗ̇ ܠܥܕܬܐ ܕܡܬܬܟܠܐ
ܡܢܗ . ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܠܐ ܙܥ ܐܡܪ . ܡܟܝܠ
ܕܡܟ ܠܐ ܡܬܘܣܦ ܠܡܩܡ . ܘܫܒܩ
ܘܢܦܩ .

tus est ad eum rumor, Gregorium maphrianum fratrem ejus, qui consilium inierat ipsum adeundi in cœnobio, postquam in Haël, castrum regionis Sigaræ, pervenisset, morbo correptum obiisse, atque deductum fuisse ad cœnobium Mar Matthæi ubi sepulturam accepit, anno Græcorum 1526 (*Chr.* 1215). Hinc Mar Michaël contristatus est valde et in animi desponsionem incidit, eo quod murus suus fortissimus destructus jaceret; nam frater sic a fratre suo sicut urbs a muro suo sustentabatur; atque ita exactis a morte fratris sui quadraginta diebus, ipse obiit in cœnobio Mar Barsumæ[1]. Fertur unum ex archimandritis ad Sephtanum dum jacebat ingressum esse, et nescientem utrum jam obiisset, in fletum prorupisse vultumque suum percussisse, dicendo : « væ ecclesiæ quæ te orbatur; » cumque videret eum non moveri, dixit : « itaque obdormivit, non amplius surrecturus, » et porro egressus abiit.

ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܐܦܣ̈ܩܐ . ܐܙܠܘ ܠܘܬ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܠܩܝܠܝܩܝܐ .
ܘܐܬܦܢܝܘܗܝ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ .
ܘܐܣܪܚ ܡܦܪܝܢܐ ܠܡܕܢܚܐ . ܠܪܒܢ
ܕܘܝܕ ܩܫܝܫܐ ܘܝܚܝܕܝܐ ܒܪ ܬܐܘܡܐ ܩܫܝܫܐ ܕܡܢ
ܟܝܣܘܡ . ܘܠܬܠܡܝܕܗ ܕܪܒܢ ܒܪܨܘܡܐ
ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܕܡܬܩܪܐ
ܛܦܫܝܫ ܗܘ ܒܗ̇ ܒܫܢܬܐ ܕܒܗ̇ ܐܬܢܝܚ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ.

Quo audito, episcopi ad patriarcham Mar Joannem in Ciliciam concesserunt, eumque ad cœnobium Mar Barsumae reduxerunt. Ibi maphrianum Orienti ordinavit Rabban David, presbyterum et monachum, Thomæ presbyteri ex Chisuma filium, atque Rabban Barsumæ cœnobii Mar Barsumæ archimandritae cognomento Taphschisch discipulum, eodem anno quo obiit Gregorius.

[1]) Anaphoram Michælis junioris laudat auctor catalogi Liturgiarum syriacarum apud Schultingium n. 36. Cfr. Assemanus *Bibl. Orient.* II, 232.

ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܢܝܚܐ ܒܥܘܡܪܐ.
ܡܛܠ ܕܐܪܫܝܡܢܕܪܝܬܐ ܚܕ ܡܪܚܬܢܐ ܘܡܚܣܕܢܐ
ܛܒ ܕܡܢ ܣܡܚܐ ܫܡܥܘܢ ܛܰܒܰܩܰܢ . ܡܛܠ
ܗܕܐ ܕܝܢ . ܫܒܩܗ ܫܒܩ ܠܥܘܡܪܐ .
ܘܐܙܠ ܒܢܐ ܠܗ ܩܠܝܬܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܘܕܝܩ
ܕܒܐܬܪܐ ܕܩܠܘܕܝܐ . ܘܥܡܪ ܬܡܢ . ܘܟܕ ܫܡܥܘܢ
ܡܪܚܬܢܐ ܗܢܐ . ܟܕ ܫܠܡ ܗܘܐ ܫܢܬܐ
ܕܪܫܝܡܢܕܪܝܘܬܗ . ܩܡ ܪܒܢ ܡܝܟܐܝܠ
ܩܪܕܘܣ ܚܠܦܘܗܝ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܥܘܡܪܐ .
ܘܒܗ ܒܫܘܪܝ ܫܢܬܐ . ܟܕ ܦܩܕ ܪܒܢ ܡܝܟܐܝܠ
ܠܒܢܝ ܒܝܬܐ . ܕܢܐܙܠܘܢ ܢܝܬܘܢ
ܩܝܣܐ ܡܢ ܛܘܪܐ . ܦܓܥ ܒܗܘܢ ܡܪܚܬܢܐ
ܗܢܐ . ܘܫܕܪ ܠܗܘܢ ܕܢܣܒܘܢ ܙܒܠܐ .
ܘܢܓܪܘܢ ܠܚܩܠܐ ܥܒܕܐ ܕܠܐ ܥܝܕܐ . ܥܒܕܐ
ܕܠܐ ܡܥܕܪ ܘܕܠܐ ܡܘܬܪ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܪܒܢ
ܡܝܟܐܝܠ . ܫܕܪ ܕܢܩܛܪܓ ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ .
ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܟܬܒ ܠܗ . ܕܐܢܬܘܢ ܐܩܝܡܬܘܢ ܠܡܪܚܬܢܐ
ܗܢܐ ܪܝܫܐ ܥܠܝܟܘܢ . ܘܐܝܟܐ ܐܝܬܘܗܝ ܪܒܢ
ܒܪܨܘܡܐ ܣܒܐ . ܘܪܒܢ ܐܒܘ ܠܦܪܓ ܪܫ
ܩܕܫܐ . ܘܐܦ ܐܢܬ ܪܒܢ ܡܝܟܐܝܠ . ܡܢ ܗܘ
ܣܟܠܐ ܫܡܥܘܢ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܩܠܐ ܒܥܘܡܪܐ .
ܘܢܦܠܬ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ ܒܐܝܕܝ ܫܡܥܘܢ .
ܘܟܕ ܩܪܝܗ ܟܬܒ ܠܥܠ ܡܢ ܫܡܗ
ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܡ̈ܠܐ ܕܓܘܕܦܐ ܘܡܘܩܐ ܘܨܥܪܐ .
ܘܐܬܕܒܪܬ ܗܝ ܐܓܪܬܐ ܘܐܫܬܕܪܬ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܩܪܝܗ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܬܚܡܬ
ܒܪܘܚܗ . ܠܝ ܠܝ ܐܫܬܥܝ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܪܒܐ

Neque patriarchæ quies eessit in cœnobio, propter archimandritam quemdam contentiosum et valde impudentem, ex regione Semaha, nomine Simeonem Tabakan. Quapropter cœnobium reliquit, adiensque cœnobium Modik, in regione Claudiæ, illic sibi cellam extruxit et habitavit. Porro postquam procax ille Simeon annum suæ cœnobii praefecturæ absolvisset, successit ei Rabban Michaël Cardus vice sua juxta consuetudinem; atque initio istius anni cum famulis domesticis praecepisset Rabban Michaël ut irent ligna e monte allaturi, occurrit eis procax Simeon atque mandatum archimandritæ flocci faciens misit eos fimum[1] in agrum trahere, opus insuetum et nullius emolumenti. Quod cum audiisset Rabban Michaël, ad patriarcham accusaturus misit; at patriarcha rescripsit ei : « vos audacem illum vobis præesse fecistis; at vero ubinam sunt Rabban Barsumas senex, Rabban Abulpharagius chori praefectus, et tu quoque Rabban Michaël? Quisnam *tandem* est stultus iste Simeon ut vocem obtineat in cœnobio?» Hæc autem epistola cecidit in manus Simeonis, qui, ea perlecta, supra nomen patriarchæ verba blasphemiæ, irrisionis et contumeliæ, scripsit; postea epistola ab eo resumpta missa fuit patriarchæ; legit eam patriarcha et infremuit animo. Mihi narravit Mar Dionysius,

[1]) Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 233 legit ܐܥܢܐ loco ܙܒܠܐ vertitque liberius : « *eos agrum occatum misit.* »

ܕܩܠܘܕܝܐ . ܕܐܢܐ ܕܝܪܝܐ ܚܕܬܐ ܗܘܝܬ
ܗܝܕܝܟ . ܘܡܩܪܐ ܗܘܝܬ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘܝܬ
ܐܘܢܓܠܝܘܢ . ܘܟܕ ܥܠܬ ܕܐܢܐ . ܘܐܘܢܓܠܝܘܢ
ܬܚܝܬ ܫܚܬܝ . ܚܙܝܬܗ ܕܐܪܝܡ ܥܝܢܘܗܝ ܒܐܓܪܬܐ
ܘܐܝܕܘܗܝ ܪܬܝܬܝܢ . ܘܟܠܗ ܦܓܪܗ
ܙܐܥ ܗܘܐ . ܡܛܠ ܕܙܥܘܪ ܩܘܡܬܐ ܗܘܐ .
ܘܢܚܝܦ ܦܓܪܐ ܘܡܚܝܠܐ ܡܢ
ܨܘܡܐ ܐܡܝܢܐ . ܘܟܕ ܩܪܐ ܗܝ ܝܗܒܗ ܠܪܒܢ
ܪܘܒܝܠ ܬܠܡܝܕܗ . ܘܗܘ ܫܪܝ ܡܬܚܪܐ
ܠܫܡܥܘܢ . ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܥܢܐ ܕܠܐ . ܡܛܠ
ܕܪܒ ܗܘ ܨܒܘܬܐ ܡܢܟ . ܘܠܐ ܫܘܐ ܐܢܬ ܠܗ .
ܘܩܡ ܥܠ ܠܩܠܝܬܐ ܙܥܘܪܬܐ . ܐܝܟܐ ܕܡܩܒܠ
ܗܘܐ ܘܟܬܒ ܐܡܝܢܐܝܬ . ܘܟܬܒ ܐܓܪܬܐ
ܕܚܪܡܐ ܘܫܡܬܐ ܠܫܡܥܘܢ ܡܪܘܕܐ . ܘܫܕܪܗ
ܠܥܘܡܪܐ ܠܘܬ ܪܒܢ ܐܒܘ ܠܦܪܓ ܪܫ
ܓܘܕܐ ܕܡܢ ܒܪ ܐܠܝܫܥ . ܗܘ ܕܡܫܠܡ
ܡܫܠܡܬܐ ܕܚܘܕܪܐ ܡܢ ܠܒܗ ܐܡܪ
ܗܘܐ . ܘܦܩܕ ܕܢܩܪܝܘܗܝ . ܘܠܫܡܥܘܢ
ܒܫܡܬܐ . ܘܠܐ ܢܥܒܪ ܡܢܗ ܐܦܠܐ ܚܕܐ .
ܗܘ ܕܝܢ ܐܒܘ ܠܦܪܓ . ܡܛܠ ܕܕܚܠ
ܡܢ ܡܪܚܘܬܗ ܕܫܡܥܘܢ . ܨܒܐ ܕܢܫܘܚ
ܠܩܪܝܢܐ . ܥܕܡܐ ܕܢܫܕܪܘܢ ܠܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܢܢܝܚܘܢ ܪܘܓܙܗ . ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ
ܠܒܪܗ ܕܐܒܘ ܠܦܪܓ ܘܐܡܪ ܠܗ
ܒܡܪܚܘܬܐ . ܠܡܢܐ ܠܐ ܩܪܐ ܐܢܬ ܐܓܪܬܐ
ܕܓܢܕܦܘܠ . ܗܢܐ ܟܢܘܝܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ...

senex Claudiæ *episcopus* : « ego tum monachus novitius eram et patriarchæ evangelium praelegebam; cumque ingressus fuissem cum evangelio sub axilla mea[1], vidi eum, defixis in istam epistolam oculis, manibus tremere totoque corpore agitari ; erat enim statura pusillus et corpore exiguus ac macilentus præ continuo jejunio. Postquam autem eam perlegisset, eam tradidit Rabban Rubili, discipulo suo, qui in Simeonem minas proferre cœpit; at patriarcha respondit : ne *ita loquaris*, quandoquidem hoc negotium majus est quam ut tu ei par existas. Deinde surgens parvam ædiculam ingressus est, ubi assidue manere et scribere consueverat, epistolam anathematum et excommunicationis in Simeonem rebellem exaravit, eamque misit in cœnobium ad Rabban Abulpharagium chori praefectum, Elisæi filium, qui totum volumen «Hudræ»[2] *ex officio ecclesiastico* memoriter recitabat; huic sub interdicto præcepit ut eam in communitate, ne uno quidem «iud» detracto perlegeret. Abulpharagius vero, quod Simeonis impudentiam verebatur, lectionem differre voluit quoadusque ad patriarcham mitterent ejusque iram lenirent. At Simeon hæc audiens Abulpharagium convenit, eique arroganter dixit : «cur epistolam Gandaphuli non recitas?» Hoc cognomento Mar Joannem

[1]) *Bibl. Orient.*, II, 233, legitur ܘܐܘܢܓܠܝܘܢ ܬܚܝܬ ܥܘܒܝ *cum evangelio infra pectus meum.*

[2]) ܚܘܕܪܐ *Hudra* seu *circulus*, liber continens officia quæ diebus dominicis, feriis quadragesimæ, aliisque nonnullis diebus per annum, recitantur.

ܕܣܦܬܢܐ. ܗܢܘ ܒܪܒܥܐ ܡܙܝܦܐ. ܘܐܦ ܠܫܡܥܘܢ ܐܡܪ ܠܐ ܩܪܝܢܢ ܠܗ ܐܠܐ ܡܬܪܥܝܢܢ ܠܗ ܠܘܬܟ. ܫܡܥܘܢ ܐܡܪ. ܟܠ ܚܪܡܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܢܗܘܐ ܠܟ ܐܢ ܠܐ ܬܩܪܝܘܗܝ ܟܠܗ ܡܫܡܠܝܐܝܬ. ܟܕ ܐܬܟܢܫܘ ܟܠܗܘܢ ܐܚܐ. ܒܥܐܕܐ ܕܫܘܢܝܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ. ܩܪܐ ܪܝܫ ܓܘܕܐ ܠܫܠܝܚܐ. ܘܟܕ ܫܠܡܗ ܐܡܪܚ ܗܘ ܚܨܝܦܐ ܫܡܥܘܢ ܘܠܒܫ ܦܝܢܐ. ܘܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ. ܟܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܐܪܒܥ ܫܢܝܢ ܕܠܐ ܩܪܒ ܠܡܕܒܚܐ. ܘܒܬܪ ܝܘܡܬܐ ܙܥܘܪܐ ܩܕܡ ܕܢܡܛܐ ܥܐܕܐ ܕܨܠܝܒܐ. ܪܓܙ ܗܘ ܫܡܥܘܢ ܥܠ ܡܫܡܫܢܐ ܐܚܕ ܕܫܡܗ ܦܘܛܓ ܘܗܘ ܢܣܒ ܚܘܛܪܗ ܘܢܦܩ ܡܢ ܕܝܪܐ ܟܕ ܡܬܚܡܨ ܕܢܐܙܠ ܠܩܪܝܬܐ ܕܒܝܬ ܐܒܗܘܗܝ. ܘܐܬܐܡܪ ܠܫܡܥܘܢ. ܘܪܗܛ ܐܕܪܟܗ ܠܒܪ ܡܢ ܬܪܥܐ ܓܪܒܝܝܐ ܕܕܝܪܐ ܡܨܥܬ ܕܪܓܐ. ܘܐܘܫܛ ܐܝܕܗ ܠܡܫܩܠܗ ܚܘܛܪܐ ܡܢ ܐܝܕܗ ܕܡܫܡܫܢܐ. ܘܗܘ ܫܡܛܗ ܠܢܝܙܟܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܡܨܥܬܗ ܕܚܘܛܪܐ ܘܡܚܝܗ ܠܫܡܥܘܢ ܒܟܪܣܗ ܘܐܦܩ ܩܪܒܘܗܝ ܘܡܥܘܗܝ. ܘܒܕܘܟܬܗ ܡܝܬ. ܘܢܦܠܬ ܕܚܠܬܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܥܠ ܕܝܪܝܐ ܟܠܗܘܢ ܘܐܙܠܘ ܐܥܠܘܗܝ ܒܐܝܩܪܐ ܠܕܝܪܐ. ܘܩܘܝ ܒܗ ܥܕܡܐ ܕܢܚ ܒܫܢܬ ܐܦܠܐ ܘܬܠܬܝܢ.

vocabant fautores Sephtanæ, scilicet parvam monetam adulterinam. Cui respondit Abulpharagius : »eam non legemus, sed illum tibi placatum faciemus.« Ast Simeon : »omne, ait, anathema in eo contentum in te erit, nisi eam totam integre prælegas.« Igitur congregatis omnibus fratribus in festo transitus[1] Dei genitricis Mariae, chori præfectus epistolam recitavit; cumque eam absolvisset, ausus est procax ille Simeon casulam induere et sacrificium offerre, quamquam quatuor jam annis ad altare non accessisset. Paucis post diebus, antequam festum crucis advenisset, Simeon iratus est in famulum quemdam, nomine Phuteg[2] : qui baculum suum arripiens exiit cœnobio indignatus, patrium pagum petiturus. Relatum hoc fuit Simeoni, et currendo illum assecutus est[3] extra portam septemtrionalem cœnobii in medio scalæ, manumque suam extendit ut baculum e manu famuli eriperet; at ille evaginavit cuspidem qui in medio baculi erat et Simeonem percussit in ventre, qui viscera et intestina evacuans in ipso loco interiit. Hinc patriarchæ timor cunctos cœnobitas invasit; perrexerunt *ad illum* cumque honorifice in cœnobium reduxerunt, ubi ille permansit donec obiit, anno Græcorum 1531 (*Chr.* 1220)[4].

1) ܥܐܕܐ ܕܫܘܢܝܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ *festum migrationis Beatæ Deigenitricis* Mariæ, ita vocant Syri festum Assumptionis B. M. V. quod, præmisso quindecim dierum jejunio, die 15 Augusti, cum Occidentalibus celebrant.

2) ܦܘܪܬܓ Phurtag codd. Cant., Oxon. et B. O. II, 234.

3) ܐܕܪܟܗ codd. Cant., Oxon. et B. O., t. II, 234.

4) Exstat sub ejus nomine *Liturgia* quam publicavit Renaudotius, *Liturgg. orientt.* coll. II, 472. Ed. Francof, 1847. Iste Joannes legationem

ܒܬܪ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܚܒܝܫܝܐ. ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ
ܕܗܘ ܪܒܢ ܕܘܝܕ ܕܐܦܠܘ ܗܘܐ ܡܦܪܝܢܐ.

ܒܬܪ ܫܘܢܝܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܣܦܪܐ ܩܘܝܬ ܥܕܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܥܒܕܬ ܥܕܬܐ ܐܪܡܠܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܡܝܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܡܝܕ. ܘܬܐܘܕܘܪܘܣ ܕܐܘܪܗܝ. ܘܟܡܝܣ ܕܛܘܪ ܥܒܕܝܢ. ܕܐܬܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܣܒܐ ܘܡܫܡܗܐ ܒܥܕܬܐ. ܐܬܟܢܫܘ ܘܐܬܘ ܠܕܝܪܐ ܕܐܒܘ ܓܠܝܒ ܕܒܐܬܪܐ ܕܒܝܪܬ ܓܪܓܪ. ܘܐܩܕܡܘ ܠܪܒܢ ܪܘܒܝܠ ܣܘܢܩܠܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܛܘܒܢܐ. ܡܠܟܐ. ܕܢܐܙܠ ܠܘܬ ܡܦܪܝܢܐ ܠܡܠܝܛܝܢܐ ܘܐܬܡܣܟܢܘܬܐ ܠܘܬܗܘܢ. ܕܢܓܒܘܢ ܪܝܫܐ ܓܘܢܝܐ ܕܐܝܟ ܥܝܕܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܪܒܢ ܪܘܒܝܠ ܕܚܪܝܦ ܗܘܐ ܘܡܬܚܫܒܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܕܡܦܪܝܢܐ ܠܐ ܡܬܪܡܐ ܗܘ ܒܥܕܬܐ ܕܐܝܟ ܕܝܪܝܐ ܕܐܝܟܘܬܝ ܠܘܬܟܘܢ ܢܐܬܐ. ܐܠܐ ܘܠܐ ܕܬܪܝܢ ܐܦܝ̈ܣܩ ܡܢܟܘܢ. ܢܐܙܠܘܢ ܠܘܬܗ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܛܠ ܣܢܐܬܗܘܢ ܠܡܦܪܝܢܐ ܠܐ ܐܨܛܒܝܘ ܕܢܫܕܪܘܢ ܠܘܬܗ ܐܦܝ̈ܣܩܐ. ܐܠܐ ܦܪܫܘ. ܘܐܙܠܘ ܟܠܢܫ ܡܢܗܘܢ ܠܐܦܪܟܝܗ. ܘܒܗ ܒܫܢܬܐ ܡܝܬܘ ܬܠܬܝܗܘܢ. ܡܝܢܐ ܓܝܪ ܕܐܡܝܕ ܘܟܡܝܣ ܕܛܘܪ ܥܒܕܝܢ ܫܢܝܘ. ܘܬܐܘܕܘܪܘܣ ܕܐܘܪܗܝ. ܚܠܦ ܠܠܘܬܗ ܕܝܪܝܐ ܐܝܢܐ ܕܚܪܝܡ ܗܘܐ ܡܢܗ ܘܩܛܠܗ.

ܗܝܕܝܢ ܡܦܪܝܢܐ ܢܣܒ ܠܒܪ ܥܠܝ

94. *Post Mar Joannem eremitam*, Ignatius *qui et Rabban David, antea maphrianus.*

Post obitum Mar Joannis scribæ ecclesia spatio duorum annorum vidua remansit. Tum Mennas, episcopus Amidæ, Theodorus Edessæ et Chamis Turabdini, senes et in ecclesia celebres, in cœnobio Abugaleb in regione Birtæ Gargaræ convenerunt, et Rabban Rubili, patriarchæ Mar Joannis piæ memoriæ secretario, præceperunt ut maphrianum Melitinæ adiret eumque ad ipsos ad electionem patris communis pro more instituendum adduceret. At Rabban Rubil, ut erat astutus et prudens : « maphrianus, ait illis, non est ita infimo in ecclesia loco ut cum cœnobita qualis ego sum pergat ad vos; sed decet ut duo ex vobis episcopi eum adeant.*» Illi autem, ob suum in maphrianum odium, episcopos ad eum mittere noluerunt; sed discesserunt et reversi sunt singuli ad propriam diœcesin. Porro eodem anno mortui sunt omnes tres : Mennas enim Amidæ et Chamis[1] Turabdini obierunt, Theodorus vero Edessæ a monacho quodam, quem excommunicaverat, invasus, interemptus interiit.

Tum maphrianus, assumptis Bar-

misit ad Joannem, septuagesimum quartum Coptorum patriarcham, cognomine Abul-Maged, cujus legationis mentio fit in cod. vat. nitr. 2 fol. 5, ut discimus ex Assemani *Bibl. Orient.* II, 235-236.

[1]) In codd. Cantab. et Oxon. [illegible] ut ponitur supra in omnibus codicibus.

ܕܩܠܝܣܘܪܐ . ܘܠܗܘ ܕܥܪܩܐ . ܘܠܐܘܕܘܟܣܘܣ
ܒܪ ܒܛܝܪܐ ܕܠܩܒܝܢ . ܘܐܙܠܘ ܠܕܝܪܐ
ܕܡܘܕܝܩ . ܘܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܒܣܝܠܝ
ܕܡܢ ܟܘܠܒܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܚܨܢܐ ܕܙܝܕ . ܘܫܪܟܐ
ܕܐܦܝ̈ܣܩܘܦܐ ܕܣܚܘܪܐ . ܘܗܘܘ ܒܟܢܫܐ ܕܚ̈ܕܐ
ܡܫܬܥܝܢܘܬܐ . ܘܡܚܕܐ ܡܦܪܝܢܐ ܡܪܡܝܬܐ
ܠܥܠ ܡܢ ܕܝܪܐ . ܐܩܝܡ ܕܫܟܢܬܗ ܡܢ
ܝܘܩܪܐ ܕܕܝܪ̈ܝܐ . ܘܐܙܠܘ ܝܬܒܘ ܒܗ ܟܠܗ
ܗܘ ܝܘܡܐ . ܘܫܪܝܘ ܕܠܡܐܡܪ ܠܡܦܪܝܢܐ .
ܕܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܝܬܒܝܢ ܒܛܝ̈ܠܐ . ܘܠܐ
ܚܝܫܝܢ ܕܨܒܘܬܐ ܕܡܛܠܬܗ ܐܬܟܢܫܢ .
ܘܦܢܐ ܡܦܪܝܢܐ ܕܕܡܠܟܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܒܡܠܘܠܐ . ܘܡܕܡ ܕܡܠܟܝܢ ܐܢܬܘܢ ،
ܐܦ ܐܢܐ ܡܠܟ ܐܢܐ . ܘܡܢܗܘܢ ܡܠܟܘ ܕܒܪ
ܩܢܘܢ ܢܡܠܠ ܩܕܡܝܬ . ܘܡܢ ܒܬܪܗ ܗܘ
ܡܐ ܕܫܦܝܪ ܠܗ ܢܐܡܪ . ܘܗܘܐ ܒܪ ܩܢܘܢ
ܐܡܪ . ܕܝܕܥܝܢ ܛܒ ܐܢܬܘܢ ܐܘ ܐܒܗ̈ܬܐ
ܡܚܝܠܘܬܗ ܕܙܒܢܐ ܗܢܐ . ܘܡܣܟܢܘܬܗ
ܕܥܕܬܐ ܕܐܬܚܒܠܬ ܡܢ ܦ̈ܠܓܘܬܐ ܘܣ̈ܕܩܐ
ܕܗܘܘ ܒܗ . ܘܟܠܝܢ ܐܢܚܢܢ ܡܢ ܗܕ
ܕܬܘܒ ܢܚܘܕܪ ܥܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܐܬܪ̈ܘܬܐ
ܘܬܪܣܝܬܗ . ܘܢܫܐܠ ܙܕܩ̈ܬܐ ܡܢ ܡܗܝ̈ܡܢܐ
ܡܛܠ ܕܐܡܝܢܐܝܬ ܡܢ . ܡܛܠ ܗܕܐ
ܠܐ ܦܩܚ ܠܢ ܝܘܡܢܐ . ܐܠܐ ܐܝܢܐ ܕܡܫܟܚ
ܒܡܠܬܐ ܘܒܥܒܕܐ . ܘܒܥܘܬܪܐ ܚܝܠܬܢܐ .
ܘܠܐ ܢܣܢܩ ܠܡܐ ܕܢܣܝܒ ܠܥܘܕܪܢܗ
ܘܠܒܨܝܪܘܬܗ . ܢܬܒܥ ܘܢܡܠܐ . ܘܡܢܗܘܢ
ܦܬܓܡܐ ܕܝܠܝ ܐܡܪܬ ܐܘ ܐܒܗܝ . ܘܦܢܝ

conone Callisuræ et episcopo Arcæ, necnon Eudoxio[1] Barbitra Lacabenæ, cum eis ad cœnobium Modik perrexit; venerunt porro ad eos Basilius ex Kolba, Castri Zaid episcopus, et ceteri circumjacentium partium episcopi, atque aliquot dies familiariter inter se conversati sunt. Dein maphrianus illico supra cœnobium tentorium fixit, ut gravamen monachorum devitarent: atque cum illuc abiissent et sedissent tota die illa, maphriano dicere cœperunt: «quousque otiosi sedemus, negotium ob quod congregati sumus minime curantes?» Maphrianus autem respondit: «vestrum est placita proferre; in quem vos consenseritis ego pariter consentiam.» Atque inter omnes convenit ut Barconon primus verba faceret, ac deinde singuli quod visum esset loquerentur. Barconon ergo hæc dixit: «optime novistis, o patres, infirmitatem hujusce temporis nostri, necnon egestatem ecclesiæ a schismatibus et dissidiis in ea exortis impugnatæ. Nos igitur abstinebimus ab eo ut iterum cum patriarcha per regiones circumvagemur, et ad ejus sustentationem eleemosynas petamus a fidelibus, quippe quos nostri jam tædet. Itaque alius nobis hodie non convenit, nisi qui sit potens verbo et opere, necnon pecuniæ vi, qui præsidii nostri non indigeat ita ut ipsius ruinas instaurare ejusque inopiam explere debeamus. Hæc est sententia mea.» Et responde-

[1]) ܐܘܕܘܟܣܘܣ . Hac ratione scribunt syri vocem græcam Εὔδοξος. Vid. Payne Smith in *Thesauro syriaco* ad h. v.

ܗܘ ܕܒܪܢܫܐ ܕܦܫܝܛ ܠܟܠܟܠ ܗܘܐ ܘܐܡܝܢ
ܠܡܠܠܘ ܦܬܓܡܐ ܡܠܠܐ . ܘܡܬܦܢܝܢܘܬܐ
ܒܡܠܐ . ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܒܦܪܪܗܣܝܐ . ܕܐܢ
ܗܟܢܐ ܪܢܝܢܝܟܘܢ . ܠܝܬ ܠܢ ܝܘܡܢܐ
ܐܢܫ ܕܢܫܘܐ ܠܙܒܢܐ ܗܢܐ ܘܠܛܟܣܐ . ܐܠܐ ܐܢ ܐܒܘܢ
ܡܦܪܝܢܐ . ܕܐܠܗܐ ܨܒܬܗ ܘܗܕܪܗ ܒܟܠܗܝܢ
ܡܘܗܒܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܘܦܓܪܢܝܬܐ . ܘܟܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ
ܐܡܪܘ ܫܘܐ ܘܙܕܩ . ܘܡܦܪܝܢܐ ܟܕ ܐܬܟܠܝ
ܘܨܒܐ ܕܢܩܘܡ . ܐܬܟܒܫܘܗܝ ܘܐܡܪܘ ܠܗ
ܒܥܝܢ ܕܬܫܠܡ ܢܦܫܟ ܠܐܠܗܐ ܘܠܥܕܬܗ
ܘܬܩܘܡ ܠܥܒܕܐ ܘܬܬܕܒܪܝܗ ܒܚܦܝܛܘܬܐ .
ܘܥܠܘ ܠܗ ܠܕܝܪܐ . ܘܐܬܦܪܣܡ ܫܡܥܐ ܘܐܦ
ܠܟܬܒܐ ܕܫܘܝܘܬܐ . ܘܫܩܠܘ ܠܗ
ܣܘܢܬܪܘܢܝܣܡܐ . ܘܩܪܘ ܥܠܘܗܝ ܨܠܘܬܐ
ܕܩܠܝܡܝܣ ܗܝ ܕܕܝܠܐ ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ .
ܘܐܫܠܡܘ ܠܗ ܐܦ ܚܘܛܪܐ ܩܢܘܢܝܐ . ܘܚܕܪܘ
ܒܟܘܪܣܝܐ ܐܚܕܪܘܗܝ . ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܘܕܟܠܗ ܣܘܪܝܐ ܐܟܪܙܘܗܝ . ܒܚܕ ܒܫܒܐ
ܕܦܢܛܩܘܣܛܝ . ܫܢܬ ܐܦܠܓ
ܕܝܘܢܝܐ .

ܘܟܕ ܫܒܩܘܗܝ ܒܕܝܪܐ ܐܙܠܘ ܟܠܚܕ
ܠܡܕܝܢܬܗ . ܐܣܩܦܐ ܕܝܢ ܕܡܠܝܛܝܢܐ .
ܡܛܠ ܕܡܥܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܕܗܒܐ ܕܢܣܒܘܢ
ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܩܕܡ ܗܢܐ .

runt omnes : «vere dixisti, o pater noster.» Tum episcopus Arcæ, qui valde animosus erat, dicendi peritus et ad respondendum paratissimus, eos libere allocutus est : «si ea est, inquit, sententia vestra, jam nullus est nobis hodie qui hujusmodi qualitati et tempori respondeat, præter unum patrem nostrum maphrianum, quem Deus cunctis spiritualibus et corporalibus ornavit decoravitque.» Atque omnes simul dixerunt : «dignus est et idoneus!» Maphrianum vero, cum abnueret et assurgere vellet, sedere jusserunt eique dixerunt : «rogamus te ut temetipsum Deo tradas ejusque ecclesiæ, ut accinctus *ad opus* surgas, eamque sedulo regas.» Postea cœnobium ingressi sunt et percrebuit rei gestæ rumor. Porro illi consensionis *litteras* conscripserunt, eoque assumpto perrexerunt ad cœnobium Mar Barsumæ; illic ejus synthronismum perfecerunt, legeruntque super eum orationem Clementis, quæ est patriarcharum propria; tradiderunt illi quoque baculum a canonibus præscriptum, eumque in throno circumducentes patriarcham Antiochiæ et totius Syriæ proclamarunt, die dominica Pentecostes anni Græcorum 1533 *(Chr.* 1222)[1].

Illo porro in cœnobio relicto, singuli diœcesin suam repetierunt. Præfecti autem Melitinæ, eo quod assueti erant aurum a patriarchis hujus prædecessoribus accipere atque

[1]) De ritibus ordinationis patriarchæ vide supra col. 541 not. 1.

ܘܐܦ ܟܠܗܘܢ ܚܕ̈ܐ ܦܘܣܩܢܝܢ ܗܘܘ ܐܝܟ
ܦܣܩܐ ܡܛܠ ܫܘܠܡܐ. ܫܕܪܘ ܐܦ ܠܘܬ
ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܘܬܒܥܘ ܡܢܗ ܥܝܕܐ.
ܘܗܘ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܡܐܬܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ. ܘܫܒܩ
ܠܥܘܡܪܐ. ܘܐܙܠ ܝܬܒ ܒܕܝܪܐ ܕܙܘܢܩܪܛܐ
ܕܒܬܚܘܡܐ ܕܚܣܢܐ ܕܙܝܕ. ܘܗܘܐ ܬܡܢ
ܙܒܢܐ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܥܒܪ ܦܪܬ.
ܘܩܘܝ ܒܥܘܡܪܐ ܕܐܒܘ ܓܐܠܒ. ܘܟܕ ܐܬܐ
ܣܘܠܛܢܐ ܥܠܐ ܐܠܕܝܢ ܟܝܩܘܒܕ ܠܡܠܝܛܝܢܐ.
ܫܕܪܘ ܪ̈ܝܫܝ ܕܝܪ̈ܐ ܕܥܘܡܪܐ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܢܗܦܘܟ ܘܢܐܙܠܘܢ ܐܟܚܕܐ ܠܫܐܠܬܗ ܕܣܘܠܛܢܐ.
ܠܐ ܕܝܢ ܢܛܪܘ ܠܗ ܕܢܐܬܐ. ܐܠܐ ܩܕܡܘܗܝ.
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܟܕ ܡܛܐ ܠܥܘܡܪܐ ܘܠܐ
ܐܫܟܚ ܠܪ̈ܝܫܝ ܕܝܪ̈ܐ ܬܡܢ ܘܠܐ ܐܬܟܪܝ
ܡܢܗܘܢ. ܘܢܦܩ ܡܚܕܐ ܘܐܙܠ ܒܬܪܗܘܢ
ܘܐܕܪܟ ܐܢܘܢ ܒܐܘܪܚܐ؛ ܘܒܬܘ ܐܟܚܕܐ ܒܬܚܢܝܫ.
ܠܐ ܕܝܢ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܐܠܐ
ܒܨܦܪܐ ܐܡܛܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܙܠ ܕܢܫܪܐ
ܒܥܘܡܪܐ ܕܪܗܛܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܡܠܝܛܝܢܝ̈ܐ ܡܢ
ܐܘܪ̈ܚܝ ܢܦܩܘ ܠܘܬܗ. ܘܡܠܘܗ ܠܩܠܝܬܗ
ܒܛܒ̈ܬܐ ܕܐܪܥܐ. ܥܡ ܡܐܢ̈ܐ ܝܩܝܪ̈ܐ ܕܩܪܒܘ
ܠܗ. ܘܐܦ ܫܥܘܬܐ ܣܓܝܐܐ ܐܝܬܝܘ ܠܗ
ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܡܩܪܘܢܐ ܘܕܣܪܓܝܣ. ܪ̈ܝܫܝ ܕܝܪ̈ܐ
ܕܝܢ ܟܕ ܥܠܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܒܕܪܬܐ ܕܡܠܝܛܝܢܝܐ
ܩܕܝܫܐ ܫܪܘ. ܘܫܕܪܘ ܠܘܬ ܐܡܝܪ̈ܐ ܪ̈ܝܫܢܐ ܕܢܥܠܘܢ
ܠܩܘܕܡ ܣܘܠܛܢܐ. ܘܐܡܝܪ̈ܐ ܥܠܡܐ.

in se mutuo veluti tributum imposuerant dissidii *vitandi* causa, similiter ad Athanasium miserunt ut ab eo solitum donum exigerent; qui, elargitus illis ducentos denarios, cœnobium[1] reliquit, et profectus est ad monasterium Zonicratæ, in confinio Castri Zaid, ibique diu consedit. Hinc, transmisso Euphrate, moratus est in cœnobio Abugaleb. Cum vero soltanus Aladdin Kikobad[2] venisset Melitinam, cœnobii archimandritæ ad patriarcham miserunt ut rediret et simul soltanum salutatum adirent: at non exspectarunt donec adveniret sed præcesserunt eum. Patriarcha igitur pervenit ad cœnobium, at ibi archimandritas haud inveniens, exacerbatus est quod ipsum non exspectassent, atque ipse statim egressus processit eosque assecutus est in via; in Tachnisch simul pernoctarunt, sed patriarcha cum eis minime locutus est, verum mane profectus est ut diversorio uteretur in cœnobio »Cursoris«. Quod cum audiissent incolæ Melitinæ, ad illum exierunt, ejusque cellam terræ bonis impleverunt, una cum pannis pretiosis, quos ei obtulerunt; pariter plurimum ceræ attulerunt monachi Macronæ et Sergii. Interim archimandritæ *urbem* ingressi in atrio sancti Melitinensis hospitati sunt, et miserunt ad emiras præcipuos ut ad conspectum soltani admit-

[1]) Cœnobium scilicet Barsumæ ut habetur in codd. Cantabr. et Oxon.

[2]) Aladdinus, Kikobadus, quod nomen Bruns et Kirsch Elaaldinum Cikubadem scribunt, Soltanus renuntiatus fuit Melitinæ post mortem Ezaddini circa anno 1220. Cfr. *Chronici* sect. I text. syr. 465, vers. lat. 478.

ܘܡܥܠܝܢ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܥܡܗ ܐܬܐ. ܫܡܥܢ
ܗܘ ܡܩܕܡܐ ܢܥܘܠ ܘܐܢܬܘܢ ܒܬܪܗ.
ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܬܒܥܐ ܛܟܣܐ ܡܠܝܚܘܬܐ.
ܗܝܕܝܢ ܟܕ ܡܛܐ ܗܘܐ ܝܘܡܐ ܩܒܝܥܐ ܘܐܙܠ
ܦܛܪܝܪܟ. ܘܐܦ ܥܡܗ ܐܦ ܐܪܫܝܡܢܕܪܝܛܐ ܠܬܪܥ
ܡܠܟܘܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܥܡ
ܣܘܠܛܢ ܕܢܥܘܠ ܘܥܡܗ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܕܥܘܡܪ̈ܝܐ.
ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܓܝܪ ܕܦܛܪܝܪܟ ܒܣܝܠ ܐܠܗ ܕܡܫܡܫ
ܗܘܐ ܠܣܘܠܛܢ ܘܐܬܢܛܪܘ ܗܘܐ ܒܐܦܛܪܘܦܘܬܗ
ܕܣܘܠܛܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܗܠܝܢ ܠܒܪܗ
ܕܣܘܠܛܢ ܘܠܡܗܝܡܢܐ ܪܒܐ ܡܪܒܝܢܗ
ܢܬܩܪ̈ܒܢ. ܘܗܟܢܐ ܥܒܕ. ܟܕ ܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟ
ܘܐܬܩܒܠ ܫܦܝܪ ܡܢ ܣܘܠܛܢ. ܘܩܪܒ ܠܗ
ܒܘܪ̈ܟܬܐ ܕܡܬܪܟܒܢ ܡܢ ܡ̈ܠܐ ܛܝ̈ܝܐ ܘܦܪ̈ܣܝܐ
ܡܥܪ̈ܒܝܬܐ. ܘܟܕ ܢܦܩ ܘܐܫܟܚ ܠܐܪܫܝܡܢܕܪ̈ܝܛܐ
ܟܪ̈ܝܐ ܠܗܘܢ ܕܡܟܪܝܢ. ܥܠܬܐ ܗܝ
ܕܐܬܢܣܒܘ ܩܘܪ̈ܒܢܝܗܘܢ. ܡܛܠܗܕܐ ܕܗܢܘܢ ܠܐ
ܥܠܘ. ܘܒܝܐ ܐܢܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܢܦܩ ܐܢܘܢ
ܘܐܙܠ ܠܥܘܡܪܐ. ܘܨܪ ܒܗ ܠܩܠܝܬܐ
ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܨܘܪ̈ܬܐ ܫܦܝܪ̈ܬܐ. ܘܛܠܠ
ܐܦ ܠܩܒܬܗ ܕܗܝܟܠܐ ܕܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ
ܕܒܢܐ ܗܘܐ ܡܢ ܩܪܝܒ ܒܐܒܪܐ ܘܡܛܠܠ
ܕܛܝܢܐ ܠܐ ܣܦܩ ܗܘܐ ܠܡܟܠܝܘ ܠܪܛܝܒܘܬܐ
ܘܠܐ ܢܥܘܠ ܠܗ ܗܡܣܐ. ܘܢܚܒܠ
ܨܘܪ̈ܬܐ ܢܨܝ̈ܚܬܐ ܕܒܗ. ܘܒܢܐ ܐܘܦ
ܠܫܘܪܐ ܓܪܒܝܝܐ ܕܥܘܡܪܐ. ܒܢܦܩܬܐ
ܪ̈ܒܬܐ. ܘܚܦܪ ܥܘܩܐ ܦ̈ܣܩܐ ܕܟܐܦܐ ܩܫܝܬܐ
ܩܫܝܬܐ. ܘܚܕܪ ܠܩܣܛܪܐ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘܐ ܒܝܢܬ ܠܗ
ܠܥܘܡܪ̈ܝܐ ܪܘܚܩܐ. ܥܠ ܣܥܘܪܘܬܐ

terentur; at emiræ responderunt : «audivimus patriarcham pariter venturum esse. Ille ergo ingrediatur primus, et vos post ipsum ; ita enim postulat ordinis decentia.» Deinde, cum dies statutus advenisset quo *soltanum* adiret patriarcha, et una cum illo archimandritæ quoque ad portam regis accessissent, soltanus patriarcham solum cum donis cœnobitarum ingredi jussit; dona enim ipsius patriarchæ Basilius Geralah, qui ministerio soltani addictus erat, reservarat, dicens illa filio soltani et eunucho magno hujus præceptori offerenda esse, quod et ita fecit. Porro patriarcha ingressus est et a soltano bene exceptus fuit; apprecationes obtulit illi vocibus arabicis et persicis mixtas; cumque exiret ad januam invenit archimandritas mœstitia affectos, eam ob causam quod acceptis ipsorum muneribus ipsi ingredi haud potuerint; consolatus est eos patriarcha eisque comitantibus cœnobium repetiit. Decoravit ibi cellam patriarchalem pulchris picturis; præterea tectum fornicis templi a Mar Michaël recens ædificati plumbo communivit, eo quod luti linimentum non sufficeret ad compescendum humorem, quominus interius penetraret et mirabiles illius picturas læderet. Exstruxit etiam amplissimis impensis mœnia lateris septentrionalis cœnobii, fossam fodit in rupe durissima excisam et arci circumduxit.

Eodem tempore ortum est inter illum et cœnobitas dissidium circa visi-

ܕܬܟܪ̈ܘܬܐ . ܡܛܠ ܕܪ̈ܒܢܘܗܝ ܪܒܢ
ܒܪܨܘܡܐ ܘܪܒܢ ܡܝܟܐܝܠ ܩܪܕܘܣ ܡܝܬܘ . ܡܢ
ܩܕܡ ܡܢܗܘܢ ܗܘܘ . ܘܐܙܠܘ ܪܝܫܕܝܪ̈ܐ
ܕܢܐܟܠܘܢ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܠܘܬ ܣܘܠܛܢܐ .
ܘܐܬܚܒܪ ܥܡܗܘܢ . ܐܦ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܒܪ ܐܪܡܝܐ . ܗܘ ܕܡܩܕܡ
ܡܢ ܚܠܒ ܐܬܬܣܝܡ ܗܘܐ . ܘܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘܐ . ܝܗܒ ܠܗ ܡܠܝܛܝܢܐ . ܡܢ
ܡܛܠ ܕܨܒܐ ܗܘܐ ܠܡܝܩܪܘ ܐܚ̈ܘܗܝ ܗܘܘ
ܪ̈ܫܐ ܡܝܬܪ̈ܐ ܕܡܠܝܛܝܢܝ̈ܐ . ܘܗܟܘܬ
ܒܣܝܠܝܘܣ ܗܘ ܕܐܪܟܐ ܪܚܡܐ ܗܘܐ ܘܒܪ ܒܝܬܐ
ܕܦܛܪܝܪܟܐ . ܐܬܦܢܝ ܠܘܬ ܪ̈ܝܫܕܝܪ̈ܐ
ܒܢܟܠܐ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܐܙܠܘ ܠܘܬ
ܡܠܟܐ . ܡܚܕܐ ܟܢܫ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܗܘܐ
ܠܗ ܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ . ܘܚܝܛ ܟܝ̈ܣܐ
ܐܪ̈ܝܟܐ ܘܥܠܝ̈ܠܐ . ܘܡܠܐ ܬܠܬܐ ܡܢ̈ܘܬܐ
ܕܟܠ ܚܕ ܙܘ̈ܙܐ ܘܪܘܒܥܐ ܕܝܢ ܕܝܢܪ̈ܐ . ܘܟܕ
ܐܙܠܘ ܗܢܘܢ ܘܫܪܘ ܒܦܘܬܩܐ ܚܕ . ܐܕܪܟ
ܐܢܘܢ ܘܐܬܐܣܬܝ ܥܡܗܘܢ . ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ .
ܠܡܢܐ ܐܙܠܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܕܬܐܟܠܘܢ ܩܪ̈ܨܝ .
ܘܐܦܩ ܠܥܣܪܐ ܟܝ̈ܣܝܢ ܗܠܝܢ ܘܫܪܝ
ܡܫܘܕ ܡܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܝܢ ܡܢܬܐ ܘܐܡܪ .
ܕܟܠܗ ܗܢܐ ܡܢܝܢܐ ܣܓܝܐܐ ܕܕܝܢܪ̈ܐ
ܡܦܩܢܐ ܐܢܐ . ܘܥܒܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܬܕܡܘܪܬܐ
ܠܕܪ̈ܝܢ . ܡܢܐ ܓܝܪ ܐܢܐ ܢܣܒܬ ܡܢܟܘܢ
ܕܐܬܟܢܫܬܘܢ ܥܠܝ . ܘܟܕ ܚܙܘ ܟܠܗ ܕܗܒܐ
ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܘܪ̈ܝܫܕܝܪ̈ܐ . ܐܬܟܦܦ ܚܨܗܘܢ . ܘܡܚܕܐ
ܓܦܦܘܗܝ ܘܐܬܪܥܝܘ ܥܡܗ . ܘܕܒܪܘܗܝ
ܘܐܬܦܢܝܘ ܥܡܗ . ܘܗܦܟܘ ܐܟܚܕܐ ܠܥܘܡܪܐ .

tationum negotium; jam enim illius magistri Rabban Barsumas et Rabban Michaël Cardus obierant, et profecti erant archimandritæ ut apud soltanum accusarent *patriarcham:* quibus se junxit etiam præsul Melitinensis Dionysius, Ieremiæ filius, qui *prius* Alepo ordinatus fuerat; Mar autem Ignatius patriarcha factus Melitinam ei adjudicavit, illius fratribus qui erant e præcipuis Melitinæ optimatibus honorem deferre cupiens; similiter Basilius Arcæ, patriarchæ amicus et familiaris, perfidia erga hunc usus stetit e parte archimandritarum. Cum autem audiisset patriarcha eos Melitina exiisse atque ad regem esse profectos, illico quidquid auri et argenti possidebat accepit ac marsupia consuit oblonga et angusta, eorumque singulorum tres partes zuzis implevit, quartam vero denariis. Eos porro, dum in caupona quadam divertebant, assecutus est et juxta ipsos hospitatus, dixit eis: «quonam tenditis? An ad me accusandum?» Eduxitque decem illa marsupia, et cœpit ex unoquoque partem auri effundere, dicens: «totam istam ingentem denariorum summam expendam, et efficiam ut omnibus sæculis spectaculum sitis. Quidnam ergo vobis eripui, quod contra me conveneritis et *me* minis insectemini?» Cum autem omne aurum istud præsules et archimandritæ vidissent, inflexum est dorsum eorum, illumque statim amplexati sunt eumque, facta reconciliatione, secum assumpserunt, unaque in cœnobium reversi sunt.

ܗܝܕܝܢ ܣܡ ܒܠܒܗ ܦܛܪܝܪܟ ܕܢܬܦܪܥ
ܡܢ ܒܪ ܐܪܡܝܐ . ܡܛܠ ܕܝܬܝܪ ܡܢܗܘܢ
ܟܐܒ ܠܗ ܐܘ ܡܢ ܐܚܪ̈ܢܐ . ܘܡܛܠ
ܕܡܠܝܛܢܝ̈ܐ ܠܐ ܡܨܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܚ̈ܘܗܝ
ܕܠܡܥܒܕ ܥܡܗ ܡܕܡ . ܐܬܚܫܒ ܕܢܐܙܠ
ܠܐܘܪܫܠܡ . ܘܫܕܠܗ ܠܒܪ ܐܪܡܝܐ ܕܢܪܕܐ
ܥܡܗ . ܘܐܦ ܡܢ ܪ̈ܝܫܝ ܕܝܪ̈ܝܐ .
ܐܪܝܐ ܕܩܣܛܪܐ ܕܫܟܪܐ ܘܨܠܝܒܐ ܟܘܦܠܝܕܐ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܐܦܣܩܘ̈ܦܐ ܥܡܗ ܐܙܠܘ . ܘܟܕ ܦܛܪܝܪܟ
ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܐܬܩܒܠ ܫܦܝܪܐ . ܘܗܟܢ
ܠܛܪܝܦܘܠܝܣ . ܢܦܩܘ ܠܘܩܒܠܗ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܠܡܕܝܢܬܗ . ܘܐܥܠܘܗܝ ܒܝܩܪܐ . ܘܗܟܢܐ ܐܦ
ܠܥܟܐ . ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܐܘܪܫܠܡ . ܢܦܩܘ
ܐܦܪ̈ܝܣ ܕܝܪ̈ܝܐ ܦܪ̈ܢܓܝܐ ܦܪܦܪܫܘܪ̈ܝܐ
ܘܥܒܕܘ ܐܝܩܪܐ ܪܒܐ ܠܦܛܪܝܪܟ . ܟܕ ܚܙܘ ܠܗ
ܕܡܛܠ ܐܘܟܝܐ ܕܪ̈ܓܠܘܗܝ . ܕܡܬܐܠܨ ܗܘܐ ܕܠܐ
ܡܫܟܚ ܠܡܗܠܟܘ ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܒܐܝ̈ܕܝܐ
ܛܥܝܢ ܗܘܐ ܠܗ . ܘܥܠܘ ܒܬܪܥܐ ܕܡܬܩܪܐ
ܕܐܣܛܘܢܐ . ܗܘ ܕܥܠܝܢ ܒܗ ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ
ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ ܘܡܠ̈ܟܐ . ܘܟܕ ܦܛܪܝܪܟ ܘܕܥܡܗ
ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ . ܐܝܟܐ
ܕܗܘܐ ܒܗ ܗܝܕܝܢ . ܫܒܥܝܢ ܕܝܪ̈ܝܐ
ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܝܠܢ .

ܘܟܕ ܗܘܐ ܙܒܢ ܩܠܝܠ ܐܬܡܢܝܘ ܘܐܬܐ

Tunc patriarcha secum statuit ut ulcisceretur de Bar Jeremiæ, quippe qui gravius quam ceteri dolorem ipsi effecerat; at quia Melitinæ quidquam cum eo agere propter fratres ejus non licuisset, de petendis Jerosolymis cogitavit et Bar Jeremiæ ut secum proficisceretur permovit; eum pariter e cœnobii archimandritis Arias Castri Schyræ et Saliba Kuphlidæ, aliique præsules comitati sunt. Itaque patriarcha Antiochiam ingressus et honorifice exceptus est, et similiter Tripoli: in ejus occursum omnis populus civitatis exiit eumque solemniter introduxit; ita pariter in Aco. Cum autem Jerosolyma pervenisset, monachi Franci »Pherpherschuraie[1]« in occursum ejus exierunt et magnum patriarchæ exhibuerunt honorem, eo usque ut illum, quod viderent ob podagræ infirmitatem qua laborabat non posse ambulare, manibus suis portarent: ingressi porro sunt per portam columnæ appellatam, qua gradiuntur patriarchæ ac reges, patriarcha ejusque socii post ingressum in cœnobio Magdalenæ hospitati sunt, in quo tunc temporis septuaginta monachi ex nostris morabantur.

Quum autem ibi aliquandiu ade-

[1]) ܦܪܦܪܫܘܪ̈ܝܐ *Pherpherschuraie.* Quinam monachi hac voce designentur non ita in promptu est definire, quum hucusque hujus vocis, Europeæ forsan potius quam semiticæ originis, significatio et usus nos lateat. Assemanu (*Bibl. Or.* II, 373) ܐܢܫܐ ܦܪܦܪܫܘܪ̈ܝܐ ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ sunt »*fratres Francorum præsules.*« Hæc autem versio vera vocabuli translatio non est nec difficultatem solvit. Quum autem in Palæstina tunc temporis alii non essent ordines religiosi latini quam Templarii, Hospitalarii, et Fratres Minores quibus commissa erat custodia sancti Sepulcri; quum aliunde Barhebræus templarios ܕܘ̈ܝܐ, hospitalarios ܐܣܒܬܠܪ̈ܝܐ, constanter appellet, hinc ܦܪܦܪܫܘܪ̈ܝܐ esse fratres minores non immerito forsan conjeceris.

ܠܘܬܗܘܢ ܕܝܪܝܐ ܐܬܐ ܚܒܫܝܐ ܕܫܡܗ
ܬܐܘܡܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ ܕܡܢ
ܛܘܗܡܐ ܡܝܬܪܐ ܕܚܒܫܝܐ. ܘܨܒܐ
ܗܘܐ ܠܗ̇ ܕܟܘܫܝܐ ܕܢܬܬܣܝܡ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ
ܐܬܪܐ ܕܡܠܟܗܘܢ ܕܐܘܟܡܐ. ܘܡܛܠ ܬܪܬܝܢ ܠܐ
ܠܡܥܒܕܗ ܫܦܝܪ ܡܛܠ ܥ̈ܠܠܬܐ. ܚܕܐ ܡܢ
ܕܗܝ ܗ̇ܝ ܗܦܪܟܝܐ ܬܚܝܬ ܐܘܚܕܢܐ ܗܘ
ܕܟܘܪܣܝܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܘܡܛܠܗܢ ܠܗ ܗܘ ܠܗܘ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܠܗ ܕܫܘܡܠܝܐ
ܘܠܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܘܕܬܪܬܝܢ
ܗ̇ܢ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܕܐܬܬܠܡܕܘܗܝ ܕܚܒܫܝܐ ܠܐ
ܠܘܩ ܐܬܬܣܝܡ ܠܗܘܢ ܡܝܛܪܘ̄ ܡܢܗܘܢ:
ܐܠܐ ܡܨܪܝܐ ܐܝܟ ܐܦܘܛܪܘܦܐ ܐܪܐ ܕܢܗܘܐ ܗ̇ܘ

rant, adiit ipsos monachus quidam Abyssinus[2] Thomas nomine, quem nobili inter Abyssinos genere oriundum esse dicebant. Cupiebat ille regionis Nigrorum metropolita ordinari: rem duabus de causis illegitimam; primum quidem, quod illa provincia sub ditione sedis Alexandrinæ erat, ac proinde patriarchæ illi, minime vero patriarchæ Antiocheno jus ordinationis competebat; secundo autem, quod a tempore institutionis Abyssinorum *in fide*, nullus eis ex ipsis metropolita ordinatus fuerat, sed oportebat ut vir aliquis Ægyptius eis præficeretur, cui porro ipsi exacte obediebant. Atque hæc consuetudo fere similis est ei quæ apud nos *viget*

1) ܚܒܫܝܐ *Habessinus*, ܚܒܝܫܝܐ in cod. Oxon *Habyssinus* vel *Abyssinus*, quo nomine *Æthiopes* ܟܘܫ̈ܝܐ et *Nubæ* ܢܘܒ̈ܝܐ hic designari videntur, sicut supra col. 229-234 ܢܘܒ̈ܝܐ appellantur utriusque regionis, Nubiæ scilicet et Æthiopiæ, incolæ. Observat Renaudotius, *Histor. patriar. Alex.* p. 284, auctores græcos et latinos uno eodemque Æthiopiæ nomine utramque regionem designare.

Porro Æthiopes primum suum episcopum S. Frumentium a magno Athanasio, Alexandriæ patriarcha, acceperunt. Hinc Æthiopia continuo sedi Alexandrinæ fuit subjecta jusque fuit patriarchæ Alexandrino nominandi atque consecrandi Æthiopum metropolitæ. Inter canones quos Jacobitæ in suis canonum collectionibus concilio Nicæno tribuunt, canon 42[us] in versione Abrahami Ecchellensis hæc statuit quæ præsentem Barhebræi locum illustrant: «*Ne patriarcham sibi constituant Æthiopes ex suis doctoribus, neque propria electione, quia patriarcha ipsorum est constitutus sub Alexandrini potestate, cujus est ipsis præficere catholicum, qui inferior patriarcha est. Cui præfato in patriarchæ constituto nomine catholici, non licebit metropolitanos constituere, sicut constituunt patriarchæ. Etenim honor patriarchatus illis defertur tantummodo, non vero potestas*» Quum autem hæresis Jacobitica Ægyptum et Æthiopiam pervasisset, patriarcha Jacobitarum Alexandrinus sibi arripuit jus mittendi metropolitam ad Æthiopes seu Abyssinos virum Ægyptium quem volebat. Narravit Barhebræus supra, col. 229-234, Abyssinos sæculo sexto hæresi Jacobitica fuisse imbutos a Juliano quodam presbytero qui ipsis episcopum, virum Ægyptium, nomine Theodorum, e Thebaide adduxit, eosque sedi Alexandrinæ Jacobiticæ subjecit. Quum autem Mahumedani Melchitas ex Ægypto expulsissent, patriarchæ Alexandriæ Jacobitæ omnes Æthiopes in errorem monophysiticum induxerunt. Legimus in *Historia patriarch. Alexandr.* p. 170 et passim a tempore Benjamini, qui 38 in serie patriarcharum recensetur, hanc a patriarchis Alexandrinis servatam et usitatam prærogativam, ut, mortuo metropolita seu abuna Æthiopum, alium in illius locum ex Ægypto in Æthiopiam mitterent. Qui mos usque hodie fuit servatus. Cfr. Pougeois, *L'Abyssinie*, p. 396, sqq. Paris, 1868.

ܕܦܐܬܐ ܡܬܩܣܝܡܝܢ . ܘܡܕܢܚܝܐ ܡܦܪܝܢܐ
ܡܩܒܠܝܢ ܠܗ . ܕܝܢ ܗܢܐ ܠܫܢܐ
ܒܠܫܢ ܘܟܬܒ ܠܗܢܐ ܕܡܠܟܝ ܕܐܦܪܟܝܐ
ܕܐܢܫܐ ܡܢ ܡܨܪܝܐ ܠܐ ܡܫܬܘܕܥ ܠܟܘܫܝܐ
ܕܐܙܠ ܠܗܘܢ ܡܫܬܡܥ . ܗܕܐ ܠܫܢܐ
ܘܟܬܒܐ ܐܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ .
ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܢ ܗܘ ܕܐܪܐ ܠܗ ܥܡ ܩܘܪܝܠܘܣ .
ܠܐ ܡܠܟܘܬܗ ܐܦܠܐ ܕܡܫܬܪܝܢ ܗܘܐ ܕܠܘܩܠܝ :
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܡܢ ܐܒܗܬܢ ܩܕܡܝ̈ܐ
ܕܐܪܝܫ ܗܘܐ ܣܝܡ ܠܗ ܠܬܚܘܡܐ ܕܬܪ̈ܬܝܗܝܢ
ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܥܒܪ ܗܘ ܘܗܘ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܣܡ
ܠܐܘܪܫܠܡ . ܘܗܕܐ ܗܘܐ ܥܠܬܐ ܕܡܨܪ̈ܝܐ
ܘܕܘܟܬܐ ܕܢܡܘܣܐ ܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ
ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܠܟܠܗ ܣܘܪܝܐ ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠ
ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ : ܕܐܝܟ

in Oriente, ut non nisi ex Occidente sibi maphrianum ordinari Orientales admittant; is *tamen* sermone ac scriptura diœceseos suæ hominibus consonat, Ægyptius vero qui ad Abyssinos pergit eorum neque sermonem callet neque scripturam. Patriarcha autem Mar Ignatius dissidium habebat cum Cyrillo, Lukli[1] filio, patriarcha Alexandriæ; causa erat quod Cyrillus limitem, a patribus nostris antiquis in loco Arisch[2] appellato, utriusque sedis, Antiochenæ videlicet et Alexandrinæ, tanquam termino habendo positum, transilierat, atque metropolitam Jerosolymis[3] ordinarat : ad hoc vero permotus fuerat, quia nobiles jurisperiti Ægyptii, cum Jerosolymis et in tota Syria frequentes essent, conquesti fuerant de episcopis Syris, quod videlicet ab ipsis utpote pere-

1) In codd. Loud., Cantabr. et Oxon. ܠܘܩܠܘܣ *Luklus*; in cod. rom. juxta *Bibl. Or.* II, 372 ܠܘܩܠܘܩ *Lukluk*, cum quo facit Renaudotius qui in *Hist. patriarch. Alex.* 576 scribit *Laklak*.

2) ܐܪܝܫ *Arisch* vel *Ares* ut scribit Assemanus, Arabice *El Arisch*, nomen torrentis et urbis ad mare mediterraneum in deserto Idumeæ inter Palæstinam et Ægyptum. Torrens ille efformabat limitem inter utramque regionem. Urbs in versione LXX et apud auctores Græcos vocatur Ῥινοκόλουρα vel Ῥινοκόρουρα; a Guillelmo Tyrio *Larissa*. Cfr. Guérin, *Description de la Palestine*, t. II, p. 237-249. Paris, 1869. Arisch urbs erat episcopalis patriarchatus Alexandrini. Cfr. Renaudotius, *Liturgg. Orientt. coll.* I, 423; Lequien, *Oriens. Christ.* II, 542.

3) «*Jacobitæ*, inquit Lequien *Oriens Christ.*, II, 1443, *Hierosolymis sui ritus episcopum ipso fere sui schismatis tempore creavere, sed cui nulli deinceps videntur dati successores, usque ad sæculum duodecimum, quo Franci nostri Palæstinam tenuerunt, ut deducit Assemanus tom. 2 p. 374 ex Gregorio Barhebræo. Hic porro Hierosolymorum præsul, solius episcopi nomine donabatur, et Antiocheno Jacobitarum suberat patriarchæ; postea tamen archiepiscopi titulo auctus est, et ipse deinde etiam patriarcha dici voluit. In cœnobio Magdalenæ morabatur.*» Coptitæ vero nullum Hierosolymis habuere antistitem ante hunc, quem ordinavit Cyrillus, Lukli filius, circa annum 1237. Hujus rei historiam describit Renaudotius *Hist. patriar. Alex*, p. 579-580. Exinde discimus metropolitam a Cyrillo ordinatum ab Ignatio fuisse excommunicatum, a Francis vero in sua dignitate confirmatum eo quod testatus esset eamdem se cum illis fidem profiteri. Addit Renaudotius : «*Quantum colligere ex variis itinerariis antiquis et recentioribus possumus, videtur hinc originem habuisse nova illa et olim inaudita apud Jacobitas Ægyptios Hierosolymorum metropolis. Nam ab illius institutione quæ tentata olim, nunc vero consummata existimanda est, originem habuere antistites, qui Coptitis ad hanc usque diem in urbe sancta præfuerunt.*»

grini sermonis haud recte regi possent; ac propterea ille ab eis compulsus pastorem iis ex ipsorum popularibus ordinarat. Quæ quidem etsi *justa* esset causa, non tamen decebat religiosum Cyrillum ordinem perturbare; sed eum oportuisset Ægyptium illum remittere ad patriarcham Antiochiæ, a quo legitime institutus fuisset. Hanc igitur ob causam voluit patriarcha Mar Ignatius clavum clavo expellere[1], et inordinationi similiter inordinatiu occurrere, metropolitam nempe consecrando Abyssinis. At statim sibi statuit insciis fratribus «pherpherschuraie» Francorum doctoribus nihil attentare, ne Ægyptius ille metropolita qui Jerosolymis morabatur tumultum excitaret; itaque Mar Dionysium Claudiæ, qui et Saliba Haripha, ablegavit ut negotium ipsis significaret. Hi autem dixerunt: «legem *tam* cito violari haud decet; sed patriarcha sibi temperet donec ex nostris aliquem ad Cyrillum mittamus, ut manum suam ex hoc loco amoveat: quod si recusaverit, tum in omnibus quæ cupitis vobis legitime adjutores erimus.» Verum patriarcha, qui, quum res aliqua ipsius animum subiisset, illico ad eam perficiendam ferebatur, nequivit impetum suum cohibere sed postera die Nigrum illum ordinavit. Quod cum audiissent «pherpherschuraie» ira succensi adierunt fratres templarios et hospitalarios; iisque ita commotis, convenerunt ex toto cœtu hono-

[1]) Locutio proverbialis, tantumdem valens ac: *par pari referre.*

ܡܝܬܪ̈ܝܗܘܢ . ܡܚܡܬܝܢ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘܘ
ܕܫܘܐܠܗ ܠܐ ܐܬܒܥܝ ܠܡܫܐܠ ܫܠܡܗ . ܐܠܐ
ܠܡܬܒܗ ܕܡܘܬܒܐ ܐܬܝܬܒܘ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘ .
ܘܡܕܒܪܢܐ ܕܦܪܝܕܝܩܘܪܐ . ܘܐܬܦܢܝ ܠܘܬܗ
ܘܫܐܠܗ . ܘܐܡܪ ܠܟ ܐܢܐ ܕܡܢܘ ܐܢܬ ܘܡܕܝܢܬܐ
ܘܕܝܠܢ ܗܝ . ܘܠܐ ܒܩܢܝܢܟ ܙܒܢܬܗ
ܘܠܐ ܒܣܝܦܐ ܫܠܛܬ ܥܠܝܗ . ܐܠܐ ܐܝܟ ܐܟܣܢܝܐ
ܐܬܝܬ . ܘܩܒܠܢܟ ܒܚܘܒܐ ܗܘ ܕܡܫܝܚܝܘܬܐ
ܘܝܩܪܢܟ . ܘܒܬܪ ܕܗܫܐ ܐܢܬ ܡܠܟܬ ܘܐܡܪܬ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܕܗܟܢ ܐܡܪܬ ܐܢܐ ܥܒܕ ܕܐܢܫ
ܐܠܐ . ܕܗܕܐ ܦܘܩܕܢܐ . ܠܗ ܡܠܟܝܢ ܐܝܟ ܕܦܩܕܬ
ܘܡܠܬܢ ܒܣܪܬ . ܐܝܟܢܐ ܐܬܡܪܚܬ ܠܡܠܬܢ ܘܫܡܥܬ.
ܐܠܐ ܒܓܠܐ ܐܡܠܠ ܐܢܬ ܠܢ . ܘܠܦܛܪ
ܝܪܟܐ ܕܚܠܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܚܕܬܗ ܥܕܡܐ ܕܫܬܩ
ܘܦܢܘܗܝ . ܘܣܦܘܬܗ ܚܘܪ . ܠܐ ܓܝܪ ܝܕܥ
ܡܢܐ ܢܦܢܐ ܠܗܘܢ . ܘܐܚܝܕܢܐ . ܐܬܟܫܦ ܠܕܝܘ
ܢܘܣܝܘܣ ܡܪܡܙ . ܠܫܡܐ ܐܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܣܘܪܝܐܝܬ
ܗܕܐ ܐܡܪ ܠܝ ܒܣܘܪܝܝܐ . ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܢ
ܢܦܠܬ ܕܣܟܠܘܬܐ ܠܟܘܠܗ ܘܐܬܒܣܪ
ܘܐܬܩܦ ܐܡܪܘܗܝ ܘܣܝܒܪ ܗܘܐ . ܘܠܐ
ܡܘܬ ܡܢܐ ܠܥܠܡ ܠܗܘܢ . ܗܘ ܕܡܢ
ܕܡܫܠܚܐ ܗܘܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ
ܡܫܝܚܝܘܬܐ . ܕܠܟܠ ܟܠ ܐܢܫ ܠܟܠܒܐ .
ܦܩܘܕ ܠܗ ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܐܬܡܪܚ ܘܠܐ ܐܠܐ .
ܗܝܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܬܡܟܟ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ .
ܕܝܠܟ ܡܢ ܡܪܢܐ ܠܐܠܗܐ ܕܢܒܣܪ ܐܘ ܐܢܫ
ܐܢܐ ܠܟܠ ܡܠܬܟܘܢ . ܐܦܠܐ ܗܘܐ ܡܟܐ ܠܐ
ܕܡܐ ܐܡܪ ܗܘܐ . ܕܫܠܚܬ ܐܡܪܐ ܕܐܡܪܬ
ܡܠܬܟܘܢ ܕܟܠ ܥܒܕ ܗܘܐ ܠܟܘܢ . ܗܘ
ܐܠܝܨܐ ܕܒܣܪܬ ܠܗܘܢ ܒܫܠܡܐ ܠܐ

ratiores eorum, et porro patriarcham valde indignabundi adierunt, hujus salutatione non expetita considentes; porro fratrum doctorum superior patriarcham alloqui exorsus est : «te, inquit, interrogo quisnam tu sis! Hanc enim urbem neque opibus tuis emptam possides neque gladio tuo eam dominio acquisiisti; ast tanquam hospes venisti ad nos, et nos ex christiano mandato te cum amore suscepimus et honore prosecuti sumus; postquam vero nos de facinore illegitimo consuluisti, quod et tibi interdiximus, audacter egisti contra nos et verbum nostrum despexisti. Itaque quid egeris et quomodo, dic nobis aperte.» Patriarcham autem timor eorum invasit, ita ut obmutesceret, ejusque facies pallida, labia alba fierent; neque enim sciebat quid illis responderet. At Dionysius, patriarchæ annuens, dixit illi syriace : «*rei* causam in me conjicias; consultius enim mihi est ut ego reprehendar quam tu.» Tum patriarcha, resumptis viribus, respondit illis : «absit per dominum Deum ut ego spreverim aut unquam spernam mandatum vestrum; neque omnino adeo inurbanus exstiti ut pro honore mihi per vos exhibito contumeliam vobis rependerim. En nuntius quem ad vos ablegavi in vivis superest, non est mortuus. Ille autem asseruit vos dixisse : quominus in hac quidquid sibi placuerit faciat nihil obstat ex nostra parte; et ego porro juxta mandatum egi.» Tunc superior fratrum præsulem istum alloquens : «Saliba, inquit, egone ita tibi locutus sum?»

ܡܛܠ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܕܐܣܬܟܠܬ ܟܠܗ .
ܕܢܕܘܢ ܡܫܝܚܐ ܒܝܢܝ ܘܒܝܢܟ . ܘܐܡܪܝܢ
ܠܗ ܦܘܠܚܢܐ . ܘܐܦ ܩܘܡܘܣܝܬܗܘܢ ܕܦܪܢܓ .
ܗܝܕܝܢ ܐܬܦܢܝܘ ܪܘܪܒܢܐ ܐܢܫܐ ܗܘ ܠܘܬܗ
ܕܫܪܪܐ ܘܐܡܪܘ ܠܗ . ܠܥܪܒܝܐ . ܗܢܐ ܐܦܠܐ
ܠܟ . ܘܗܘ ܝܕܥܬ ܛܒ . ܐܦܠܐ ܗܢܐ
ܐܫܬܒܩܘ . ܘܫܪܝܘ ܐܢܫܐ ܗܘ ܐܡܪ . ܡܛܠ ܚܡܬܐ
ܫܒܩ ܠܗ ܘܐܙܠ . ܗܝܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܘܪܟܬܐ
ܐܡܪܘ ܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܗܘ . ܘܒܡܪܕܐ ܠܐ ܐܢܫ
ܡܢ ܐܢܫ ܒܛܝܒܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ . ܐܢܐ
ܗܢܐ ܢܦܫܐ . ܘܠܐ ܬܛܥܝܢܝ ܝܡܝܢܝ ܕܠܐ
ܐܬܛܥܝܬ . ܕܦܪܩܬ ܢܦܫܝ ܠܚܕܒܫܐ
ܡܕܡܝܬܐ ܡܢ ܛܘܪܢܐ ܠܫܘܥܠܗܘܢ . ܐܠܐ
ܫܠܡܬ . ܕܫܒܩܘ ܘܩܒܠܘ . ܘܡܛܪܢ
ܙܒܢܐ ܒܬܪܗ ܕܥܕܐ ܕܦܨܚܐ . ܘܐܡܪ ܠܗ .
ܠܐ ܐܬܚܡܣ ܢܦܫܐ . ܕܠܡܠܟܐ ܢܬܩܠܐ .
ܘܗܢܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܡܢܝܚ ܡܢ ܠܒܪܝܐ
ܘܗܠܝܢ ܒܙܒܢܐ .

Præsul vero respondit : «imo, ita intellexi.» Et ait superior fratrum : «inter me et te *judicet* Christus.» Ad hæc Francorum primores superiori fratrum dixerunt : «re quidem vera tu non satis arabice novisti, nec proinde præsul iste reprehendendus, quandoquidem non intellexit.» Et omnes a patriarcha ob iram suam præposteram veniam rogare cœperunt, *eumque* linquentes abiere. Patriarcha autem præsulem bonis apprecationibus cumulavit eique dixit : «si tui obliviscar, Haripha, obliviscatur mei dextera mea, quum me adeo callide a vituperatione illorum tyrannorum liberaveris.»

ܗܝܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܬܪ ܕܥܒܪܘ ܝܘܡܬܐ
ܕܥܐܕܐ . ܦܩܕ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܠܪܝܫܝ ܕܝܪܬܐ ܕܥܡܗ
ܕܢܕܘܢܘܢ ܒܝܢܬܗܘܢ ܠܒܪ ܐܪܡܝܐ .
ܕܐܝܟܢܐ ܗܘ ܡܢܗ . ܘܩܒܠ ܐܝܩܪܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ
ܐܝܟ ܡܠܛܝܢܝ ܢܣܒ ܠܗ . ܘܒܝܬܝܘܬܗ
ܩܢܐ . ܗܘ ܐܬܢܟܠ ܠܟܠܗ . ܘܥܡ
ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܗܘܐ . ܘܟܕ ܐܬܚܝܒ ܗܘ ܒܪ
ܐܪܡܝܐ . ܘܫܘܐ ܠܫܘܕܝܬܗ ܐܬܚܫܒ .
ܦܩܕܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܥܒܕܘܢ

Porro transactis diebus festi[1], patriarcha præsules et archimandritas qui secum erant rogavit ut inter se et Jeremiæ filium judicium ferrent : quod nempe ille, ab ipso cumulatus honore, diœcesin primariam ut est Melitina adeptus, ipsiusque familiaris effectus, perfide in ipsum se gessit atque ipsius inimicis se junxit. Quum igitur Jeremiæ filius damnatus fuisset statutumque esset ipsum depositionem mereri, præsules

[1]) ܥܐܕܐ *festum* scilicet paschatis ut intellexit Assemanus, *Bibl. Orient.* II, 374. Festum enim paschatis, utpote omnium præcipuum, quandoque a Syris ܥܐܕܐ quasi festum per excellentiam dicitur.

ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܗ ܩܕܡܝܬܐ ܢܗܦܟܘܢ
ܢܗܦܟܝܘܗܝ . ܘܫܡܥ ܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܦܬܓܡܗܘܢ .
ܘܡܢ ܐܬܐ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܫܕܪ
ܥܡ ܒܪ ܐܪܡܝܐ ܐܦܝܣܩܦܐ ܡܢܝܢ ܣܓܝܐܐ .
ܘܐܥܠܘܗܝ ܘܐܩܝܡܘܗܝ ܒܥܕܬܐ ܕܚܠܒ .

ܘܟܠܗ ܩܝܛܐ ܗܘ ܦܛܪ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ .
ܒܬܫܪܝܬܐ ܣܠܩ ܠܥܘܡܪܐ . ܘܡܛܠ
ܕܣܦܝܩܐ ܗܘܬ ܡܠܝܛܝܢܐ ܕܠܐ ܪܥܝܐ ܫܕܪ ܠܗ
ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܗܘ ܨܠܝܒܐ ܚܪܝܦܐ . ܘܗܘܐ
ܬܡܢ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܥܒܕ ܥܐܕܐ
ܡܪܢܝܐ[1]. ܘܒܬܪܟܢ ܐܣܪܚ ܠܗ ܠܡܠܝܛܝܢܐ
ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܕܒܪܨܘܡܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܒܪ
ܫܡܘܐܝܠ . ܕܫܡܗ ܐܪܝܐ . ܥܠܝܡܐ
ܡܫܒܚܐ . ܘܗܘ ܥܕ ܠܐ ܕܬܫܠܡ ܫܢܬܐ ܥܢܕ
ܠܗ ܒܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܐܣܪܚ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܚܠܦܘܗܝ . ܠܪܒܢ ܐܗܪܘܢ ܕܝܪܝܐ ܘܩܫܝܫܐ
ܕܡܬܩܪܐ ܐܢܓܘܪ . ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܐܪܝܐ
ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܟܘܟܒܐ . ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܗܘ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܟܘܪܣܝܐ . ܘܐܣܪܚܗ ܒܚܕ
ܒܫܒܐ ܕܩܛܢܐ ܘܩܪܝܗ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܫܡܗ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܪܝ ܦܛܪܝܪܟ ܘܒܢܐ ܥܕܬܐ
ܩܬܘܠܝܩܝ ܒܩܠܥܗ ܪܗܘܡܝܬܐ . ܡܛܠ
ܕܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܩܫܝܫܐ . ܕܡܗܝܡܢܐ ܣܓܝܐܐ
ܐܝܬ ܠܢ ܒܩܠܥܬܐ ܗܕܐ . ܘܪܘܪܒܐ ܐܢܘܢ
ܥܬܝܪܐ ܘܡܫܝܢ ܢܦܫܐ . ܘܡܛܠ ܕܠܝܬ

patriarcham rogarunt ut illum denuo ad priorem ejus diœcesin Alepum remitteret. Quorum petitioni annuit patriarcha, et postea Jerosolymis Antiochiam profectus, cum Jeremiæ filio misit episcopos nonnullos, qui eum in ecclesiam Alepensem introduxerunt et instituerunt.

Deinde, *patriarcha* tota æstate Antiochiæ commoratus sub autumnum ascendit ad cœnobium; cumque Melitina modo pastore careret, illuc misit Dionysium, qui et Saliba Haripha, isque ibidem vices patriarchæ explevit et festa dominica[1] celebravit. Postea Melitinæ ordinavit filium fratris Barsumæ archimandritæ Samuelis filii, nomine Ariam, juvenem præclarum, qui anno nondum transacto obiit Melitinæ. Mox hujus loco patriarcha ordinavit Rabban Aaronem, monachum et presbyterum, Angur cognominatum, unum ex Ariæ archimandritæ Kokensis discipulis, dum in cœnobio »Cursoris« morabatur ipse patriarcha; porro ordinationem peregit dominica »Cana[2]« illumque appellavit Dionysium.

Eo tempore patriarcha ecclesiam catholicam in Castro Romano agressus est ædificare, quod ipsi Josue presbyter affirmasset magnum fidelium numerum ex nostris in illo loco versari, cosque proceres esse et opulen-

[1]) ܥܐܕܐ ܡܪܢܝܐ *festa dominica* interpretatur Assemanus, *Bibl. Or.* II, 374 *natalitia festa* seu festa nativitatis Domini.

[2]) i. e. dominica prima jejunii quadragesimalis, qua in officio legitur apud Jacobitas Evangelium de nuptiis in Cana Galilææ. Cfr. Rosen et Forshall, *Catal. codd. orientt. qui in Musæo Britannico asservantur* p. 33, 39, 43, 46.

ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܥܕܬܐ ܐܝܟ ܕܘܠܐ ܐܪ̈ܡܢܝܐ ܘܗܘܝܢ
ܥܩܐ ܣܓܝ. ܗܝܕܝܢ ܦܛܪܝܪܟ ܡܢ ܬܠܡ̈ܝܕܘܗܝ
ܫܕܪ ܐܦܛܪ̈ܘܦܘܗܝ ܥܡ ܕܗܒܐ ܕܣܦܩ
ܘܒܙܒܢܐ ܩܠܝܠܐ ܒܢܘܗ ܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܡܫܒܚܬܐ
ܠܫܘܒܗܪܐ ܕܐܘܪܬܕܘܟܣܘ̈ܬܐ. ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ
ܒܢܐ ܘܥܒܕ ܥܕܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܒܕܝܪܐ ܕܪ̈ܗܛܐ
ܕܠܘܬ ܡܠܝܛܝܢܐ. ܗܝ ܕܐܦ ܗܝ
ܗܕܝܪܐ ܛܒ. ܘܒܢܐ ܬܘܒ ܦܘܬܩܐ ܫܦܝܪܐ
ܒܩܘܪܒܬܗ ܕܕܝܪܐ. ܘܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܠܐ
ܒܠܥܕ ܥܡܠܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘ̈ܝ. ܡܛܠ ܕܐܦ
ܢܦܩܬܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܒܢܝܢܐ ܐܚܪܢܝܬܐ ܠܫ̈ܠܝܛܢܐ
ܢܣܒ ܗܘܐ. ܡܛܠ ܕܒܡܘܗܒ̈ܬܐ ܝܬܝܪ ܡܣܓ̈ܝܐܬܐ
ܠܚܣܡܐ ܕܛܝܝ̈ܐ ܗܘܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܡܫܬܩܘ
ܥܡܐ ܕܡܫܠܡ̈ܢܐ ܕܛܝ̈ܝܐ. ܐܦ ܝܗܒ ܘܐܫܬܒܩ
ܠܘܩܒܠ ܐܦܘܣ ܠܡܬܒܢܝܐ ܒܗ ܡܣܓܕܐ
ܠܡܫܠܡ̈ܢܐ ܕܒܦܘܬܩܐ ܡܬܬܒܢܝܐ.

ܘܒܬܪ ܕܐܫܬܠܡ ܒܢܝܢܗ ܗܝܟܠܐ ܘܦܘܬܩܐ
ܕܪ̈ܗܛܐ ܐܙܠ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ.
ܘܬܘܒ ܩܘܪܒܢܐ ܩܪܒ ܠܦܪ̈ܢܓܝܐ
ܒܡܢܝܢܐ. ܘܩܢܐ ܦܪ̈ܕܝܣܐ ܫܦܝ̈ܪܐ
ܒܪܝܫܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܠܥܠ. ܘܒܢܐ ܒܗ
ܗܝܟܠܐ ܡܫܒܚܐ ܘܡܟܣܝܐ ܫܦܝܪܐ
ܕܢܥܡܪ ܒܗ ܘܩܠܝ̈ܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ. ܘܥܒܕ
ܬܡܢ ܟܘܪܣܝܐ ܡܥܠܝܐ ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ.
ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܨܠܝܒܐ ܒܪ ܝܥܩܘܒ ܘܓܝܗ
ܕܡܢ ܐܘܪܗܝ. ܘܐܒܘ ܠܦܪܓ ܒܪ ܐܗܪܘܢ
ܕܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ. ܐܟܚܕܐ ܡܠܝܠܘܬܐ ܗܘܘ
ܡܬܠܡܕܝܢ ܘܐܣܝܘܬܐ ܒܛܪܝܦܘܠܝܣ.
ܠܘܬ ܝܥܩܘܒ ܐܝܟ ܡܠܝܠܐ ܢܣܛܘܪܝܢܐ.

tes, qui, quod non haberent ecclesiam convenientem inter Armenos, molestia afficiebantur. Idcirco patriarcha ex discipulis suis procuratores ablegavit cum auro sufficiente, qui brevi tempore ecclesiam magnificam, qua gloriantur orthodoxi, ædificarunt. Post hæc ædificavit, in cœnobio «Cursoris» juxta Melitinam, ecclesiam Deiparæ, quæ pariter splendidissima est. Exstruxit quoque pulchrum xenodochium juxta cœnobium; atque hæc quidem omnia non sine multo labore effecta fuere, quod præter expensas ædificationi insumptas alias subibat in præfectos conferendas; nam non nisi copiosis muneribus vehementes invidiæ motus ex parte Arabum temperare poterat; imo ob motus plebis moslemorum concessit ut in ipso xenodochio meschita erigeretur.

Completa autem templi et xenodochii «Cursoris» structura, patriarcha profectus est Antiochiam, ibique denuo oblatis numeribus obsequia Francis exhibuit; hortum porro amœnissimum in superiore urbis regione coëmit, atque in eo splendidas ædes mirifice fornicatas in quibus habitaret ipse, aliasque cellas exstruxit, ibidem sublimem patriarchatus sedem constituens.

Eodem tempore Saliba, Jacobi Vagii ex Edessa filius, et Abulpharagius, filius Aaronis Melitinensis, Tripoli simul rhetoricæ et medicinæ apud Jacobum, rhetorem quemdam Nestorianum, operam navabant: quos

ܘܫܕܪ ܐܡܝܢ ܐܠܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܬܟܣܢ ܡܢ
ܡܢܗܘܢ ܠܥܟܘ. ܘܐܚܪܢܐ ܠܓܘܒܘܣ. ܘܟܕ
ܐܬܘ. ܠܐܒܘ ܠܦܪܓ ܩܕܡ ܐܣܪܚ
ܠܓܘܒܘܣ. ܒܥܐܕܐ ܕܙܩܝܦܐ ܦܪܘܩܝܐ.
ܐܪܒܥܣܪ ܒܐܝܠܘܠ ܫܢܬ ܐܢܢܙ. ܘܠܨܠܝܒܐ
ܫܒܩ. ܡܛܠ ܕܠܐܬܢܣܝܘܣ ܕܠܐܩܒܝܢ.
ܕܗܘ ܝܫܘܥ ܬܠܡܝܕܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܫܐܠܗ
ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܥܟܘ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܠܨܠܝܒܐ ܕܡܬܟܪܝܬ ܠܒܗ ܐܙܠ ܠܒܝܬܗ.
ܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܬܬܟܪܐ ܠܟ ܒܪܝ. ܕܒܬܪ ܩܠܝܠ
ܝܘܡܬܐ. ܡܐܬ ܒܪ ܐܘܪܡܝܐ ܘܡܩܝܡ ܐܢܐ ܠܟ
ܒܕܘܟܬܗ. ܘܗܟܢܐ ܗܘܐ. ܥܕܟܝܠ ܓܝܪ
ܕܠܡܕܝܢܬܐ ܕܛܪܝܦܘܠܝܣ ܡܛܝܐ
ܗܘܐ ܕܫܡܥܗ ܕܗܘ. ܘܫܕܪ ܐܗܦܟܗ ܠܨܠܝܒܐ
ܘܐܬܪܣܡܗ ܠܚܠܒ. ܘܗܕܐ ܐܦܢ ܗܘܬ
ܒܟܝܢܝܘܬܐ. ܘܐܬܢ ܐܝܟ ܕܬܕܡܘܪܬܐ.

ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܫܪܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܒܢܐ
ܠܥܕܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܒܣܝܣ. ܒܣܛܪܐ
ܕܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܐܪܡܢܝܐ. ܘܩܒܥܗ ܥܕܬܐ
ܚܕܐ ܡܬܥܠܝܬܐ. ܘܟܕ ܡܨܪܝܐ ܐܘܩܕܘܗ
ܠܣܝܣ ܒܫܢܬ ܐܢܣ. ܘܥܕܬܐ ܗܝ ܪܒܬܐ
ܕܐܪܡܢܝܐ ܒܢܘܪܐ ܗܘܬ ܫܪܝܬܐ.
ܘܡܬܦܟܬܐ. ܗܕܐ ܕܝܠܢ ܕܠܐ ܚܒܠ ܦܫܬ
ܘܗܘܬ ܗܝ ܐܚܪܬܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ
ܕܒܢܐ ܐܝܫܐ ܐܣܝܐ ܐܘܪܗܝܐ ܒܢܝܗ ܗܘܐ ܡܢ ܩܠܝܠ.
ܘܒܬܪ ܕܐܫܬܠܡܬ ܥܕܬܐ. ܗܘܐ ܠܗ

patriarcha accersivit ut alterum Aco, alterum Gubæ ordinaret *episcopum*. Qui cum venissent, Abulpharagium quidem Gubæ ordinavit die festo salutiferæ crucis, decima quarta Elul *(Septembris)* anni 1557 *(Christi* 1246); Salibam vero *tunc* prætermisit, quia Athanasius Lacabenæ, alias Josue, patriarchæ discipulus, requisitam a se *urbis* Aco *cathedram* obtinuit. Cumque patriarcha animadverteret Salibam corde ulcerato domum reverti, dixit illi : «noli contristari, fili mi; nam post paucos dies morietur Bar Jeremias, teque in ejus locum ordinabo.» Quod ita contigit; nondum enim Tripolim pervenerat Saliba quando nuntium illius mortis advenit. Tum Salibam revocavit eumque ordinavit Alepo. Porro hoc, etsi sagacitate naturali effatum, miraculi instar habitum fuit.

Deinde patriarcha cœpit ædificare ecclesiam Deiparæ in Siside, ad latus magnæ ecclesiæ Armenorum, erectaque est ecclesia celsissima. Quum vero Ægyptii urbem Sisidem incendio vastarunt anno 1560 (*Christi* 1249) et ecclesia magna Armenorum igne penitus disjecta fuit et subversa, nostra illa illæsa remansit, sicut et altera nostra Mar Barsumæ, quam Isa medicus Edessenus nuper ædificarat[1]. Post completam ecclesiam, voluit patriarcha pontem exstruere super torrentem

[1]) Anno Christi 1244 Isa, medicus Edessenus, Hasnumis medici discipulus, Siside magnificam condidit ecclesiam Mar Barsumæ dicatam. Ita Barhebræus in prima hujus *Chronici* parte, text. syr. 505, vers. lat. 523.

ܕܓܕܝܕ ܠܬܚܘܡܐ ܕܐܢܕܪܝܐ[1] ܣܓܝܐܐ ܒܗ
ܠܗܘܐ ܕܕܪܝܢ ܘܡܬܛܒܥܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ . ܘܟܕ ܗܘ
ܐܣܝܪܐ ܚܫܚܬܐ ܗܕܐ ܗܘܐ . ܘܡܐܟܘܠܬܐ
ܘܡܫܬܝܬܐ ܡܬܦܩܢ ܠܗܘܢ . ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܫܘܠܡܐ
ܕܥܒܕܐ ܠܥܒܕܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܥܡܠܐ ܗܢܐ
ܡܫܬܡܠܝܐ . ܫܩܠ ܡܢ ܡܐܬܟܠܬܐ ܘܡܝܐ
ܕܡܬܬܒܪܝܢ ܗܘܐ ܒܕܘܪܐ ܡܢ ܕܡܬܐ .
ܘܦܢܝ ܠܡܬܬܒܢܝܘ . ܐܦܢ ܡܠܐܟܐ
ܨܒܘܬܗ . ܘܠܐ ܬܒܠܡ ܠܙܡܢ . ܘܐܦ ܗܘ
ܚܣܪܐ ܐܓܪ . ܥܒܕ ܗܘ ܕܥܒܕ ܠܗ ܘܠܐ
ܘܣܟܪ ܠܐ ܐܘܒܕ ܐܓܪܗ .

ܘܓܫܪܐ ܐܚܪܢ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟ̄ ܥܒܕ ܐܣܝܪܐ
ܪܡܐ ܥܠ ܢܗܪܐ ܕܥܒܪ ܒܡܨܥܬܗ
ܕܡܡܨܝܨܛܝܐ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܟܕ ܚܪܒܗ
ܡܝܠܐ ܟܐܦܐ ܕܟܠܝܠܗ ، ܟܕ ܩܝܡܝܗ ܠܐ
ܐܙܕܥܙܥܘ . ܘܩܪܝܬܐ ܕܩܝܣܐ ܪܟܒܘ ܥܠܝܗܘܢ .
ܘܗܟܢܐ ܟܕ ܡܠܟܐܝܬ ܐܬܕܒܪ ܗܘ ܡܪܝ
ܐܝܓܢܛܝܘܣ . ܘܚܦܛ ܠܩܪ̈ܝܒܐ ܘܠܪ̈ܚܝܩܐ
ܥܠ ܡܠܦ̈ܢܘܬܐ ܥܕܬܢܝܬܐ ܘܝܘܠܦܢܐ ܒܪܝܐ .
ܘܒܟܠܕܘܟ ܡܠܦ̈ܢܐ ܘܡܩܪ̈ܝܢܐ ܐܝܟ
ܒܩܘܫܬܐ ܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܥܫܝܪܐ ܡܢ
ܡܫܬܥܒܕܘܬܐ ܐܩܝܡܗ ܠܥܕܬܐ ܡܢ ܕܠܘܐ.
ܘܒܙܕܩܬܐ ܘܡܪܚܡܢܘܬܐ ܕܥܠ ܡܣܟ̈ܢܐ
ܡܫܬܡܗ ܐܬܝܕܥ . ܘܐܦܣ̈ܩ ܣܓܝܐܐ ܐܦܝܣ.
ܘܬܪܝܢ ܡܦܪ̈ܝܢܐ . ܚܕ ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܓܙܪܬܐ ܕܗܘ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܡܢ ܟܦܪ ܣܠܛܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܡܪܝ
ܝܘܚܢܢ ܕܡܪܕܝܢ ܕܗܘ ܒܪ ܡܥܕܢܝ .

ܒܚܪܬܐ ܕܚܝ̈ܘܗܝ ܠܐ ܐܬܬܢܝܚ . ܡܛܠ ܕܐܬ

Gadid in confinio Andriæ[1] in quo plurimi peribant et immergebantur præsertim diebus Nisan (*Aprilis*). Quum vero jam ad centum millia argenti ob istam structuram scripto se obligasset, præter cibos ac potus a monachis in auxilium suppeditatos, et operis finis immineret, accidit inundatio quæ pontem abripuit, jam non amplius exstruendum; porro quamvis perierit hoc opus, nihilominus qui opus suum, laborem ac impensam contulit, sua haud frustrabitur mercede.

Porro patriarcha etiam alium pontem injecit flumini per mediam Mopsuestiam urbem transeunti cujus cum arcuum lapides illuvies diruisset, pilæ tamen immotæ constiterunt, eumque porro trabibus ligneis contexerunt. Interea vero, dum ita res agebat regaliter, Mar Ignatius propinquis et longinquis doctrinas ecclesiasticas et scientiam profanam procurare satagebat, ubique propriis sumptibus doctores et magistros constituens, ita ut revera ecclesiam sanctam Dei ab ingruente ruditate suscitarit. Erat quoque eleemosynarum largitione ac misericordia in pauperes cumprimis illustris; episcopos ordinavit perplures, necnon duos maphrianos, unum nempe episcopum Gozartæ Dionysium Capharsaltensem, alterum Mar Joannem Mardinensem, alias Barmaadanum.

Sub finem vitæ requiem non habuit,

[1]) Codd. Cantabr. et Oxon. ܐܘܕܪܝܣ

ܡܛܠܬܗ ܗܢ ܕܠܐ ܒܚܕܐ ܕܘܟܐ ܩܒܝܥ ܗܘܐ
ܒܗ ܡܕܝܢܬܐ. ܟܕ ܗܘܐ ܗܘ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܗܘܐ. ܟܕ ܚܙܐ ܕܐܬܡܚܠ ܛܒ ܡܢ ܟܐܒܐ ܗܘ
ܕܦܘܕܐܓܪܐ. ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܢܓܝܪܐ ܗܘܐ ܐܚܝܕ
ܗܘܐ. ܐܦ ܢܘܗܪܗ ܕܥܝܢܐ. ܘܐܬܬܘܣܦ ܠܗ
ܐܦ ܟܐܒܐ ܕܟ̈ܐܦܐ. ܘܒܣܡܝܡܘܬܐ
ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܕܚܠܒ ܕܗܘ ܨܠܝܒܐ ܒܪ
ܝܥܩܘܒ ܘܓܝܗ ܐܘܪܗܝܐ. ܕܐܣܝܘܬܐ ܛܒ
ܗܘܐ ܠܗ ܠܐܘܡܢܘܬܐ ܕܐܣܝܘܬܐ. ܠܦܘܣܩܢ
ܡܕܡ ܢܣܒ ܗܘܐ. ܪܥܐ ܕܢܐܙܠ ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ. ܗܢ ܕܐܬܪܒܝ ܘܐܬܪܣܡ. ܘܬܡܢ
ܢܩܘܐ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ ܕܚܝܘܗܝ. ܘܡܚܕܐ
ܕܣܠܩ ܒܗ ܗܘܢܐ ܗܢܐ. ܒܥܓܠ ܘܡܣܪܗܒܐܝܬ
ܠܡܫܡܠܝܘܬܐ ܐܝܬܝܗ. ܘܦܩܕ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܘܫܩܠܘܗܝ ܘܢܦܩܘ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܠܐܬܪܐ
ܕܓܘܡܝܐ. ܘܗܘܐ ܒܗ ܒܝܘ̈ܡܬܐ ܩܠܝ̈ܠܐ
ܠܫܡܝܫܛ ܡܛܐ. ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܪܝܫܕܝܪ̈ܐ
ܕܥܘܡܪܐ ܘܡܠܝܛܝܢܝܐ ܘܫܪܟܐ ܕܐܦܝܣܩܦܐ
ܡܫܬܥܝܢ ܕܫܡܥܐ ܘܐܬܟܢܫܘ ܟܠܗܘܢ ܘܐܙܠܘ
ܠܐܘܪܥܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܦܓܥܘ ܒܗ ܒܗ
ܒܩܪܝܬܐ ܕܓܐܛܝ. ܢܦܠܘ ܥܠ ܐܪܥܐ
ܘܩܪܒܘ ܢܫܩܘ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܘܐܝܕܘܗܝ ܐܟܘܬ.
ܘܐܬܦܨܚܘ. ܕܚܕܝ ܒܗ ܘܐܦ ܗܘ ܒܗܘܢ.
ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܪܟܘܒܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ

ea maxime de causa quod non uno in loco sedem constituerat. Itaque Antiochiæ commorans, cum se multum per illum podagræ dolorem qui diu jam in ipsum sæviebat, debilitatum sentiret, cumque et oculorum acies attenuaretur, accessisset quoque lapillorum morbus, ac per medicationem Basilii Alepi, alias Salibæ Bar Jacob Vagii Edesseni, qui artem medicinæ apprime callebat, vix quidquam perciperet levaminis, statuit ad cœnobium Mar Barsumæ proficisci, ubi et educatus fuerat et consecratus antistes, ibique usque ad finem vitæ commorari. Statim vero ac ipsum ea cogitatio subierat, illico et celerrime eam exequutus est; ipso jubente, discipuli ejus eum assumpserunt et Antiochia profecti sunt ad regionem Gumiæ[1], atque ita ipse intra paucos dies Samosatam pervenit. Quod cum audiissent archimandritæ cœnobii, Melitinensi ceterisque episcopis renunciarunt, atque congregati omnes in occursum patriarchæ iverunt. Eum obvium habuerunt prope Gacti[2], atque humi se prostraverunt, et accedentes ejus pedes amplexati sunt et deosculati, manusque similiter, ob eum lætati sicut ille ob ipsos. Quia vero equitatum ferre non poterat, ligna

[1]) ܓܘܡܝܐ *Regio agri Antiocheni*, ut patet ex iis quæ habentur supra col. 290. Barhebræus eam infra numerat inter diœceses provinciæ Antiochenæ.

[2]) ܓܐܛܝ vel ܓܐܬܝ *Gacti*, hunc locum cum Gargara et Heseumansur Turci a Goscelino eripuerunt, ut refert Barhebræus in hujus Chronici part. I, 338. Putaverim hunc locum eundem esse, quem Ritter *Kakhtah* vel *Kiachtah* appellat, et itinere duorum dierum juxta Abulfedam a Melitina distare affirmat. Sita ergo erat Gacti intra montes Tauri ad occasum Euphratis inter Meliteuam et Samosatam et alluebatur rivulo ejusdem nominis qui dilabitur in Euphratem. Cfr. Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, theil. X, 883-884.

ܠܡܣܡܟܢܘ . ܪܟܝܟܐ ܦܪܣܘ ܟܣ̈ܬܘܬܐ .
ܘܦܪܣܘ ܥܪ̈ܣܬܐ ܪ̈ܟܝܟܬܐ. ܘܣܡܘܗ ܠܦܛܪܝܪ̈ܟ
ܠܟܠܗ ܥܠܝܗܘܢ . ܘܫܩܠܘܗܝ ܘܐܘܪܚܐ ܪܚܝܩܐ
ܠܕܝܪܐ ܗܠܝܢ ܣܒ̈ܐ ܘܪܝܫܕܝܪܐ ܛܥܢܘܗܝ
ܥܠ ܟܬܦܬ̈ܗܘܢ .

ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܕܝܪܐ ܘܝܬܒ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܒܩܠܝܬܐ . ܒܪ̈ܟ ܐܢܘܢ ܠܐܦܝܣ̈ܩܦܐ . ܐܦ
ܡܟܝܟܐ ܓܠܐ ܪܫܗ ܡܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܟܝܟܘܬܐ
ܐܘܢܓܠܝܬܐ ܘܐܡܪ . ܒܢ̈ܝ ܐܢܐ ܐܣܟܠܬ
ܒܟܘܢ ܒܪܚܩܘܬܐ ܕܝܠܝ ܟܠܗ ܗܢܐ
ܙܒܢܐ . ܗܫܐ ܕܐܬܝܬ ܠܡܫܪܝܐ ܘܠܘܬܟ
ܠܘܬ ܡܫܪܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܗܢܐ . ܘܠܘܬܟܘܢ .
ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟܘܢ ܕܒܟܠܗ ܫܦܝܘܬ ܠܒܐ
ܬܪܥܘܢ ܠܡܪܥܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ . ܘܬܢܝܚܘܢ
ܠܣܝܒܘܬܝ . ܕܗܐ ܩܪܒܬ ܠܗ ܐܠܦܐ
ܠܠܡܐܢܐ . ܘܙܒܢܐ ܕܫܪܝܐ ܡܛܐ . ܘܪ̈ܫܐ
ܡܢ ܕܫܡܥܘ ܗܠܝܢ . ܒܟܘ ܘܓܠܘ
ܪ̈ܫܝܗܘܢ . ܘܢܦܠܘ ܥܠ ܐܪܥܐ ܩܕܡܘܗܝ .
ܘܒܥܘ ܡܢܗ ܒܘܪܟܬܐ . ܘܟܕ ܒܪܟ ܠܟܠ
ܚܕ ܚܕ ܒܠܚܘܕܘܗܝ . ܫܪܐ ܐܢܘܢ ܠܡܪ̈ܥܝܬܗܘܢ .

ܗܠܝܢ ܗܘ̈ܝ ܩܕܡ ܥܐܕܐ ܕܝܠܕܐ . ܘܟܕ
ܩܪܒ ܥܐܕܐ ܕܫܪܝܬ ܨܘܡܐ . ܫܕܪ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܘܬ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܡܠܝܛܝܢܝ .
ܘܠܘܬ ܫܪܟܐ ܕܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܕܢܐܬܘܢ ܠܘܬܗ .
ܘܢܫܪܘܢ ܒܨܘܡܐ . ܐܝܟ ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ
ܢܩܒܠ ܒܘܝܐܐ . ܘܟܕ ܐܬܛܝܒܘ ܕܢܐܙܠܘܢ . ܐܢ̈ܫܝܢ ܒܢ̈ܝ ܚܛܝܬܐ
ܘܡܪ̈ܛܢܢܐ ܩܪܒܘ ܠܘܬ ܗܘ ܕܡܠܝܛܝܢܝ .
ܘܐܡܪܘ ܠܗ ܕܫܠܝܡ ܐܫܬܘܕܥܢ ܫܪܝܪܐܝܬ
ܕܝܘܚܢܢ ܪܝܫܕܝܪܐ ܒܪ ܚܠܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܫܪܟܐ ܕܐܚ̈ܝܢܐ ܘܫܘܬܦܘܬܐ ܕܐܚܝܢܘܬܐ .

funiculis colligarunt et molles straverunt culcitas in quibus patriarcham imposuerunt, eumque porro longo itinere usque ad cœnobium episcopi et archimandritæ in humeris suis portarunt.

Ad cœnobium cum pervenissent et sederet patriarcha in cella, *is* episcopis bene precatus est, atque humilitate agens evangelica caput suum detexit, dixitque: «filii mei, ego toto hoc tempore vobis per meam absentiam injuriam intuli. Et nunc, ubi ad hocce Sancti habitaculum et ad vos venire Christus mihi largiri dignatus est, oro vos ut cum omni cordis sinceritate pascatis gregem Christi, meamque recreetis senectam. En enim jam prope ad portum navis adest, et tempus quo dissolvar advenit.» Et præsules quidem hæc audientes fleverunt, et detectis capitibus coram eo in terram se coujecere ac benedictionem ab ipso rogaverunt: qui, cum cuique seorsim bene precatus esset, ad diœceses eorum eos dimisit.

Hæc ante dies Nativitatis contigerunt. Appropinquante porro initio jejunii *quadragesimalis*, patriarcha ad Dionysium Melitinæ ceterosque episcopos misit ut ad se venirent et *ibi* jejunium inchoarent, ut per ipsos consolationem acciperet; cumque in eo essent ut abirent, homines quidam, filii peccati ac susurrones, ad Melitinensem accesserunt et dixerunt: «nos plene certiores facti sumus Joannem archimandritam, avunculi patriarchæ filium, necnon reliquos fa-

ܡܒܥܐ ܦܠܚܝ ܟܠܟܘܢ ܕܠܥܘܪܩܠܟ ܥܠܬܐ
ܐܝܟܐ ܐܝܟܢܐ ܕܗܘ . ܘܗܟܢܐ ܕܚܝܠ ܗܘ
ܕܡܠܝܛܝܢܝ ܘܠܐ ܨܒܐ ܠܡܐܙܠ . ܘܦܪܟ
ܐܦ ܠܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܥܡܗ ܕܐܦܠܐ ܗܢܘܢ ܢܐܙܠܘܢ .
ܐܠܐ ܢܫܬܘܚܪܘܢ ܥܕܡܐ ܕܢܥܘܠ ܨܘܡܐ . ܘܗܝܕܝܢ
ܐܟܚܕܐ ܢܐܙܠܘܢ . ܘܥܠ ܗܕܐ ܟܪܝܬܐ ܐܬܟܪܝ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܟܕ ܥܠ ܨܘܡܐ ܢܣܒ ܗܘ
ܕܡܠܝܛܝܢܝ ܠܗܘ ܕܓܘܒܘܣ ܘܠܗܘ
ܕܩܠܝܣܘܪܐ ܘܐܙܠܘ ܠܡܘܕܝܩ ܠܘܬ ܗܘ
ܕܩܠܘܕܝܐ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܐܪܒܥܬܗܘܢ ܐܟܚܕܐ
ܠܥܘܡܪܐ . ܘܟܕ ܡܛܘ ܠܥܘܡܪܐ ܕܣܗ̈ܕܐ
ܕܥܠ ܓܢܒ ܥܡܪܘܢ ܩܪܝܬܐ . ܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܗܘ ܩܠܘܕܝܐ . ܕܐܢܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܬܟܝܦ ܥܠܝܠ ܠܟܘܢ . ܘܠܐ ܫܒܩ ܠܢ
ܕܢܥܘܠ . ܚܙܘ ܗܟܝܠ ܐܝܟܢܐ ܬܬܪܥܘܢ
ܠܡܬܪܥܝܘܬܗ . ܘܐܡܪ ܗܘ ܕܡܠܝܛܝܢܝ .
ܕܐܢܬܘܢ ܬܘܒܘ ܗܪܟܐ ܘܐܢܐ ܐܙܠ ܐܢܐ ܠܥܘܡܪܐ.
ܘܐܢ ܡܩܒܠܢܝ ܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ
ܕܬܐܬܘܢ . ܘܐܠܐ ܐܢܐ ܡܛܐ ܠܘܬܟܘܢ ܡܚܕܐ
ܐܢܐ . ܘܟܕ ܐܙܠ ܘܠܐ ܐܬܩܒܠ . ܗܦܟ
ܒܚܡܬܐ ܠܘܬ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ . ܘܢܣܒ ܐܢܘܢ ܘܪܗܛ
ܠܘܩܒܠ ܡܠܝܛܝܢܐ . ܟܕ ܡܬܚܫܒ ܥܠ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܝܫܬܐ .

ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܩܠܘܕܝܐ ܫܕܪ ܠܦܛܪܝܪܟ
ܒܝܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܠܩܒܝܢ ܕܗܘ ܐܗܪܘܢ
ܛܢܙܝܓ . ܕܐܢ ܬܒܘܬ ܬܡܢ ܒܥܘܡܪܐ
ܨܥܪܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܠܟ . ܡܛܠ ܕܥܬܝܕ ܗܘ
ܕܡܠܝܛܝܢܝ ܕܢܫܕܪ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ
ܘܢܨܥܪܘܢܟ ܥܠ ܕܟܠܗ ܐܡܬܝ ܕܗܒܐ
ܡܟܢܫ. ܐܢܬ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܠܘܬ

miliares cellæ patriarchalis, opportunitatem quærere, ut qualicumque ratione te perdant.» Atque ita terrefactus Melitinæ episcopus ire noluit, ac reliquos quoque præsules collegas suos absterruit, ita ut neque ipsi irent, sed differrent usque ad incœptum jejunium, tunc simul profecturi. Eam autem ob causam offensus est patriarcha. Interim, cum incœptum esset jejunium, Melitinensis Gubensem et Callisurensem secum assumpsit; et venerunt Modik ad Claudianum, ac tum quatuor simul iter versus cœnobium instituere; cum vero pervenissent ad cœnobium Martyrum juxta Amrum pagum, dixit illis Claudianus: «scio ego patriarcham nobis vehementer offensum esse, nec nobis permissurum ut ingrediamur; videatis igitur quid consilii ad eum placandum ineatis.» Respondit Melitinensis: «vos hic maneatis, et ego ad cœnobium vadam; quod si me receperit, nuncio vos arcessam; sin aliter, illico adero apud vos.» Qui cum ivisset nec reciperetur, ad episcopos reversus est ira succensus, iisque assumptis versus Melitinam recta contendit, patriarchæ a præfectis *urbis* mala parans.

Tum Claudianus per episcopum Lacabenæ Aaronem Tanzig id patriarchæ nunciavit: «quod si, aiebat, in cœnobio pernoctes, magna tibi contumelia continget; Melitinensis enim in eo est ut satellites emittat, qui te vexent eo quod perpetuo aurum colligas e regione Beth-Romæorum in gratiam regum Francorum et Arme-

ܩ̈ܢܛܪܐ ܕܡܬ̈ܒܢܝܢ ܘܐܬܪ̈ܥܝܬܝܢ. ܘܡܫܪ̈ܝܬܐ
ܕܒܐܬܪ̈ܘܬܗܘܢ ܥܒܕܐ ܐܢܬ ܠܡܣܬܪܘ. ܘܗܫܐ
ܕܐܬܝܬ ܠܬܚܘܡܝܗܘܢ. ܐܦܠܐ ܒܡܠܬܐ
ܡܫܐܠܬܐ ܕܫܠܡܐ ܫܐܠܬ ܒܫܠܡܗܘܢ.
ܘܟܕ ܫܡܥܗ ܗܕܐ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܢܦܠܬ
ܒܗ ܕܚܠܬܐ. ܘܐܟܢܫ ܠܒܢ̈ܝ
ܒܝܬܗ. ܘܐܡܪ ܠܐܪ̈ܟܝܡܢܕܪܝܛܐ ܕܐܦܩܘܢܝ
ܒܗ ܒܗܕܐ ܫܥܬܐ ܐܦܩܘܢܢܝ ܡܢ ܗܪܟܐ.
ܘܟܕ ܣܓܝ ܐܦܝܣܘܗܝ ܕܢܦܝܣ ܥܕܡܐ
ܕܢܦܝܣܘܢ ܠܗ ܠܡܠܝܛܝܢܝܐ ܠܐ ܐܬܛܦܝܣ
ܠܘܬܗܘܢ. ܐܠܐ ܐܠܨ ܐܢܘܢ. ܘܟܕ
ܪܡܫܐ ܒܬܪ ܣܘܬܪܐ[1] ܐܦܩܘܗܝ ܡܢ
ܥܘܡܪܐ. ܘܪܕܘ ܟܠܗ ܠܠܝܐ. ܥܕܡܐ
ܕܥܒܪܘ ܬܚܘܡܐ ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ. ܘܥܠܘ
ܠܐܬܪܐ ܕܩܘܪܘܣܛܝܩܐ ܕܡܫܬܥܒܕܐ ܠܡܪܐ
ܕܚܠܒ. ܘܐܬܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܕܥܡܗ
ܘܫܪܘ ܒܩܪܝܬܐ ܚܕܐ ܕܫܡܗ ܡܪܕܐ.
ܒܓܢܬܐ ܕܚܕ ܡܢ ܡܫܝ̈ܚܝܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ.

ܘܟܕ ܟܢܫ ܐܦܝ̈ܣܩܦܐ ܡܢ ܟܠܕܘܟ. ܘܐܬܘ
ܗܢܘܢ ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܘܕܣܘܪܝܐ ܘܕܦܠܣܛܝܢܐ.
ܘܟܕ ܐܦ ܠܘܬ ܡܦܪܝܢܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܒܪ ܡܥܕܢܝ. ܕܢܫܬܘܬܦ ܒܟܢܘܫܝܐ
ܣܘܢܗܕܝܩܝܐ. ܥܡ ܐܦ̈ܣܩܘܦܐ ܡܕܢܚܝ̈ܐ.
ܘܢܕܘܢܘܢ ܕܝܢܐ ܒܝܬ ܠܗ ܠܗܘ ܕܡܠܝܛܝܢܝܐ
ܘܢܦܣܩܘܢ. ܐܘ ܠܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܢܫܪܘܢܗ.
ܘܢܩܝܡܘܢ ܠܗܘܢ ܐܚܪܢܐ ܐܝܢ ܕܨܒܝܢ.
ܗܘ ܕܝܢ ܕܐܙܠ ܠܘܬ ܡܦܪܝܢܐ ܕܗܘ ܐܗܪܘܢ

norum, *illudque* pontibus in eorum regione exstruendis dissipes, nunc vero cum ad illorum confinia perveueris, ne simplici quidem salutationis verbo eos salutaveris.» Quod ubi audiit patriarcha, timore perculsus familiares suos convocavit, congregatisque archimandritis dixit: «hac ipsa hora me hinc educite.» Cumque eum multum rogarent ut differret donec ipsi Melitinensem placassent, eis assentire recusavit, sed coëgit eos ut sub vesperam post «sutara[1]» ipsum e cœnobio efferrent. Tota nocte iter continuarunt,. donec Beth-Romæorum limites transissent, atque regionem Cyrrhesticam, potestati principis Halepi subjectam, ingressi sunt. Patriarcha et qui eum comitabantur ad pagum quemdam, nomine Morde, perrexerunt, ibique habitarunt in horto cujusdam christiani Syri.

Tunc congregandos undique episcopos accersivit, veneruntque episcopi Beth-Romæorum, Syriæ, et Palæstinæ. Misit etiam ad maphrianum Mar Joannem Barmaadanum ut cum episcopis orientalibus cœtui synodali interesset, et judicio inter ipsum et Melitinensem decernerent, atque hunc deponerent aut ipsum patriarchatu solverent aliumque constituerent quem vellent. Qui porro ad maphrianum perrexerat, Aaron scilicet Tanzig Laca-

[1]) ܣܘܬܪܐ *Sutara* ea pars est officii ecclesiastici Jacobitarum, quæ *Completorio* Latinorum respondet.

benæ, dixit ei : «patriarcha gravissimis juramentis testatus est velle sese officio se abdicare et te, ipso vivente, constituere patriarcham, hac tantum conditione ut Melitinensis deponatur; ipse enim senectute et infirmitate gravatur.» Maphrianus autem respondit : «Deus conservet eum in vivis et in sede sua; sufficit mihi opprobrium quo affectus sum altera vice qua me ad se Antiochiam attraxit et famam sparsit de me velle se ut summus antistes constituerer; cum vero advenissem, me vacuum dimisit, atque oculis extraneorum et propinquorum, imminutus apparui. Quod si nunc sincera sit ejus promissio, mittat mihi chirographum una cum episcoporum testimoniis, ut fidenter pergam ad eum ejusque mandatum ac voluntatem perficiam.»

Cum igitur præsul Aaron patriarchæ misisset dicens : «maphrianus ut veniat exigit chirographum quo cum in tuum locum constituas,» patriarcha Barmaadano et ipsi præsuli iratus est et succensuit, episcopos apud se congregatos dimisit et unumquemque ad diœcesin propriam remisit.

Hinc effecta non fuit depositio Melitinensis; ex episcopis autem nonnulli remanserunt apud patriarcham, videlicet cellæ *patriarchalis* familiares et discipuli, inter quos Athanasius, qui et Josue Aci. Is familiaritate nimia utebatur ac libertate vani spiritus *plena* cum domino christiano horti, in quo habitabat patriarcha, ita ut manducando et potando crebro vaca-

ܡܩܦܠܬܐ . ܚܙܐ ܗܘ ܗܘ ܥܠܝܡܐ ܡܪܐ ܓܢܬܐ .
ܠܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܡܦܝܣܢܐ ܕܐܟܘ ܕܡܡܠܠ
ܥܡ ܐܢܬܬܗ . ܘܡܪܡܙܝܢ ܥܝܢ̈ܝܗ ܠܗ
ܬܠܡܝܕܐ . ܗܝܕܝܢ ܐܚܕܬܗ ܚܣܡ ܛܢܢܐ .
ܘܢܣܒ ܢܪܓܐ ܘܡܚܝܗ ܠܐܢܬܬܗ ܥܠ ܨܕܥ̈ܝܗ .
ܘܩܛܠܗ . ܘܐܬܝܠܕ ܩܥܬܐ . ܘܢܦܠܬ
ܕܚܠܬܐ ܒܩܠܝܬܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܗܘ ܗܘ
ܕܐܟܘ . ܦܪܕܘ ܢܣܒ ܗܠܝܢ ܕܝܠܗ
ܘܐܓܪ ܐܢܫܝܢ ܡܢܗ ܕܗܝ ܩܪܝܬܐ .
ܘܐܥܒܪܘܗܝ ܣܚܝ ܦܪܬ . ܘܥܪܩ ܠܘܬ
ܣܘܪܝܐ . ܘܐܙܠ ܠܦܘܢܝܩܐ . ܗܝܓܡܘܢܐ ܕܝܢ
ܕܩܣܛܪܐ ܕܩܘܪܘܣ . ܟܕ ܫܡܥ ܠܬܫܥܝܬܐ
ܕܗܘܬ . ܥܒܕ ܐܣܝܪܗ ܠܩܛܘܠܐ . ܘܐܪܡܝ ܒܗ ܒܙ̈ܩܐ
ܘܚܒܫܗ . ܘܒܥܐ ܠܗܘܢ ܠܡܦܝܣܢܐ ܘܟܕ ܠܐ
ܐܫܟܚܗ ܨܒܐ ܕܢܟܠܝܘܗܝ ܠܦܛܪܝܪܟܐ .
ܥܕܡܐ ܕܢܝܬܐ ܠܗܘ ܕܗܘܐ ܥܠܬܐ ܕܩܛܠܐ ܘܥܠ
ܢܦܩ ܢܦܫܐ ܘܡܘܣܪܐ . ܠܡܚܣܢ ܐܫܬܒܩ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܐܙܠ ܠܐܘܪܗܝ . ܐܝܟ ܕܐܢ
ܢܬܒܥܐ ܡܢ ܣܘܠܛܢܐ ܢܗܘܐ ܡܛܝܒܐ .
ܘܐܬܬܣܝܡ ܥܡܗ ܦܪܫܐ ܚܕ ܕܢܘܒܠܝܘܗܝ
ܠܐܘܪܗܝ . ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܕܥܡ
ܠܗ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܫܡܫܢܐ ܩܫܐ ܝܥܩܘܒ ܒܪ
ܝܫܘܥ ܩܫܝܫܐ ܕܚܣܢܐ ܕܪܗܘܡܝܐ . ܘܟܕ
ܥܒܪܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ ܦܪܬ .
ܘܐܙܠܘ ܠܡܣܩ ܠܐܘܪܗܝ . ܫܒܩ ܐܢܘܢ ܗܘ
ܩܫܐ ܘܢܚܬ ܠܣܦܬܗ ܕܦܪܬ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܫܘܩܐ ܕܥܕܠ . ܘܐܛܝܒ ܣܦܝܢܬܐ ܘܗܦܟ ܐܬܐ .
ܘܬܘܒ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܦܪܫܐ ܗܘ
ܟܣܦܐ ܟܡܐ ܕܫܐܠ . ܘܢܣܒ ܘܣܛܐ ܠܩܪܝܬܐ
ܚܕܐ ܕܥܠ ܐܘܪܚܐ . ܘܐܘܚܪ ܬܡܢ ܥܕܡܐ

rent. Quadam autem die juvenis ille horti dominus aliquem ex discipulis præsulis Aci cum uxore sua colloquentem, illamque ei oculis suis annuentem animadvertit : hinc zelotypia actus apprehendit securim atque uxorem suam in tempora percussit et occidit. Exorto clamore, incidit terror in cellam patriarchæ; et præsul quidem Aci, suis festinanter assumptis, mercede conduxit quosdam ex illo pago, qui natando eum trans Euphraten deportarunt; fugit porro versus Syriam atque Phœniciam petiit. Interim arcis Cyrrhesticæ præfectus, re audita, comprehendit occisorem et vinculis alligatum in carcerem detrusit; deinde vero quæsivit præsulem : quem cum non invenisset, voluit apprehendere patriarcham donec adduceret illum qui cædis causa fuerat. Inflictis autem pœna et mulcta, patriarchæ vix permissum fuit ut abiret, et quidem Edessam, ut si forte a Soltano requireretur præsto adesset. Adjunctus illi fuit eques quidam qui eum Edessam deduceret: patriarchæ quoque aderat presbyter Jacobus, Josue presbyteri Castri Romani filius. Cum vero transissent patriarcha ejusque discipuli Euphraten, et Edessam tenderent, presbyter is illos reliquit et descendit ad littus Euphratis ubi est forum Adel; et, parata navicula, reversus est ad eos; præterea jussu patriarchæ data est equiti pecuniæ summa quantam exegit; isque ea accepta, deflexit in pagum quemdam juxta viam, ubi moram protraxit donec patriarcham

ܕܫܩܠܘܗܝ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ
ܒܠܡܒܘܬܐ. ܘܪܕܘ ܒܡܫܠܡܢܘܬܗ ܕܢܗܪܐ.
ܢܦܩ ܕܝܢ ܦܪܫܐ ܗܘ ܘܐܦܩ ܥܡܗ ܐܦ ܡ̈ܢ
ܒ̈ܢܝ ܩܪܝܬܐ ܗܝ. ܘܪܕܦ ܒܬܪ ܦܛܪܝܪ̈ܟܐ.
ܘܥܒܕ ܕܡܐ ܕܠܡܗܦܟܘܬܗ. ܘܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚ
ܫܒܩܗ ܘܐܙܠ ܗܦܟ ܠܘܬ ܗܓܡܘܢܐ
ܕܩܘܪܘܣ. ܘܦܝܣܗ ܕܒܢ ܠܗ. ܕܕܠܐ
ܨܒܝܢܗ ܥܪܩ ܡܢܗ.

ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܐܙܠ ܠܩܣܛܪܘܢ ܪܘܡܝܬܐ. ܘܝܬܒ
ܥܕܬܐ ܕܝܠܗ ܕܬܡܢ. ܘܢܦܩ ܡܪܝ
ܩܣܛܢܛܝܢܘܣ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ.
ܒܐܝܩܪܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܠܘܬܗ. ܘܟܕ
ܝܬܒ ܘܐܫܬܪܪ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܩܣܛܪܘܢ ܪܘܡܝܬܐ
ܐܟܠ ܩܪ̈ܨܐ ܠܨܠܝܒܐ ܐܢܫ ܡܫܡܫܢܐ ܫܡܢܝܐ
ܕܠܘܬܗ ܐܬܝܬܝܗ ܗܘܐ. ܘܟܬܒ ܐܓܪ̈ܬܐ
ܕܚܪܡܐ ܘܫܡ̈ܬܐ ܥܠܘܗܝ ܕܡܠܝܛܝܢܝܐ.
ܘܫܕܪ ܠܘܬ ܩܫ̈ܝܫܐ ܘܪ̈ܝܫܢܐ ܠܟܠܚܕ
ܒܠܚܘܕܘܗܝ. ܐܠܐ ܠܐ ܐܢܫ ܐܡܪܚ ܠܡܩܪܝܗ̇
ܐܢܝܢ ܒܓܠܝܐ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܒܩ ܐܗܪܘܢ ܕܠܩܒܝܢ
ܡܪܥܝܬܗ ܘܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܬܡܢ ܫܪܐ
ܒܫܠܝܐ. ܘܐܥܒܪ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܕܗܘ ܐܒܘ ܠܦܪܓ ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܡܢ ܓܘܒܐ
ܠܠܩܒܝܢ. ܘܐܣܪܚ ܠܒܪܨܘܡ ܒܪ ܐܚܘܗ
ܕܠܥܙܪ ܗܘ ܕܗܘܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܓܘܒܐ
ܗܘ ܕܡܢܗ ܕܓܘܒܐ.

ܘܒܗܘܢ ܒܝܘ̈ܡܬܐ ܗܠܝܢ. ܐܬܐ ܠܘܬܗ

in navicula posuissent ejus discipuli et cursum secundo flumine direxissent. Tum exivit eques ille, et eduxit etiam secum nonnullos e pagi incolis atque prosecutus est patriarcham simulavitque se eum reducere velle : quum autem non posset, reliquit eum et reversus est ad ducem Cyrrhesticæ, cui persuasit *patriarcham*, ipso invito, evasisse.

Patriarcha autem abiit in Castrum Romanum ubi apud ecclesiam suam consedit; magno eum honore prosecutus est Mar Constantinus[1], Armenorum catholicus, qui crebro ad invisendum eum descendebat. Postquam patriarcha sedem stabilivisset in Castro Romano calumniatus est Salibam diaconus quidam Samanensis apud patriarcham commorans, isque scripsit litteras excommunicationis et censurarum contra Melitinensem, quas misit ad presbyteros et principes unicuique singulatim; sed nemo eas publice legere ausus est.

Eo tempore Aaron Lacabenæ, relicto grege suo, abiit Jerosolyma ibique in otio vixit; patriarcha autem transtulit Gregorium nomine Abulpharagium, Aaronis filium, e Guba Lacabenam; Gubæ vero Barsumam, Lazari ejusdem Gubæ olim *episcopi* e fratre nepotem, consecravit.

Iisdem diebus patriarcham convenit

[1]) Constantinus Pazerpertensis, in serie catholicorum Armenorum septuagesimus, de quo vide Galanum, *Conciliat. Eccl. Armen. cum Rom.*, t. I, p. 373, sqq.

ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܚܒܘܪܐ ܕܢܝܐܝܠ. ܕܗܘ̣ ܬܠܡܝܕܗ
ܕܒܪܡܥܕܢ ܕܟܪܝ ܡܦܪܝܢܐ. ܡܢ ܥܩܒܠ
ܠܟܠܗܘܢ ܕܡܦܪܝܢܐ. ܘܐܟܠ ܩܪ̈ܨܘܗܝ
ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܚܡܬ ܐܚܡܬܗ ܥܠܘܗܝ.
ܘܦܩܕ ܠܗ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܟܬܘܒ ܐܝܟ ܕܡܢܗ
ܕܦܛܪܝܪܟ ܨܘܚܝ̈ܬܐ ܠܒܪ ܡܥܕܢ. ܗܘ
ܕܝܢ ܡܢ ܦܪܨܘܦ ܐܓܪܬܐ ܕܡܠܫܢܘܬܐ ܥܪ̈ܒܝܐ
ܠܡܪܕܝܢܝܐ ܟܬܒ ܥܠ ܒܪ ܡܥܕܢ. ܕܟܡܐ ܙܒܢܝܢ
ܡܘܗܒܬܐ ܠܟܘܕܢܐ ܘܡܐܢ̈ܐ. ܘܟܠܗܝܢ ܐܦܩܠܬ
ܫܕܪܬ ܠܟ ܒܐܝ̈ܕܐ. ܫܡܥܬ ܕܝܢ ܕܗܘ ܠܟ
ܐܚܪܢ ܒܪ ܡܥܕܢ. ܘܡܫܟܠܬ ܕܡܠܟ
ܠܟܠܗܘܢ. ܘܠܐ ܩܪܒ ܐܢܝ ܠܡܠܟܘܬܟ.
ܥܠ ܡܘ̈ܬܪܢܐ ܐܚܪ̈ܢܐ. ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܟܕ
ܝܕܥ ܕܗܘ ܬܠܡܝܕܐ ܢܟܝܠܐ ܗܘ ܟܬܒܗ ܗܘܬ
ܠܐܓܪܬܐ ܠܐ ܩܒܠܗ. ܘܫܡܥ ܦܛܪܝܪܟ ܡܕܡ
ܕܥܒܕ ܕܢܝܐܝܠ. ܘܕܠܐ ܐܬܩܒܠ ܡ̈ܠܘܗܝ.
ܘܟܐܐ ܒܗ ܘܐܦܩܗ ܡܢ ܩܠܝܬܗ. ܘܐܙܠ
ܘܝܬܒ ܒܚܠܒ. ܟܕ ܡܬܕܪܫ ܒܡܠܝܠܘܬܐ
ܠܘܬ ܡܠܦܢܐ ܚܕ ܥܪܒܝܐ. ܕܗܘ ܢܓܡ
ܢܚܫܘܢܐܝܐ. ܗ̇ܘ ܕܐܦ ܥܠ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܐܬܗܦܟ
ܠܚܢܦܐ.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܐܠ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ ܡܢ ܦܛܪܝܪܟ ܕܢܬܠ ܕܘܟܬܐ
ܠܐܪ̈ܡܢܝܐ ܒܥܕܬܐ ܕܚܪܢ. ܘܡܛܠ ܕܗܘ
ܦܛܪܝܪܟ ܠܡܣܓܝܘܬ ܥܕ̈ܬܐ ܕܥܡܗ ܚܦܝܛ
ܗܘܐ. ܐܘ ܠܡܒܣܪܘ. ܘܠܡܓܠܙܘ ܒܓܠܝܐ
ܠܩܬܘܠܝܩܐ ܡܬܕܚܠ ܗܘܐ. ܐܬܐܠܨ
ܠܡܦܬܚ ܐܝܕ ܡܘܗܒܬܐ ܒܓܠܝܘܬܐ
ܘܠܡܩܦܨܘ ܟܣܝܐܝܬ. ܘܡܟܝܠ ܠܐܦܪܝܡ
ܐܦܣܩ ܘܠܡܗܝܡ̈ܢܐ ܕܐܬܪܐ ܗܘ.

præsul Chaboræ Daniel, Barmaadani discipulus, maphriano offensus; accusavit eum apud patriarcham quem valde ei iratum fecit. Quare jussit ei patriarcha ut suo nomine Barmaadano convicia scriberet; ille præterea ex persona patriarchæ loquens principi Mardini delationes arabice contra Barmaadanum scripsit: « pluries, ait, ad te munera, mulum, pannos, per manus Barmaadani transmisi; at audivi illum ea præ avaritia majestati tuæ minime obtulisse; » alias accusationes *addidit*. Princeps autem, ubi rescivit a discipulo isto doloso epistolam exaratam fuisse, eam non accepit; patriarcha quoque audito quid fecisset Daniel illiusque verba non fuisse accepta, eum increpavit atque e cella sua expulit: qui inde profectus, Alepi commoratus est, dialecticæ operam navans apud præceptorem quemdam, Arabum magistrum, nomine Negem Nakschvani, cujus opera tandem islamismum professus est.

Sub id tempus Armenorum catholicus a patriarcha postulavit pro Armenis locum ad *erigendum* altare in ecclesia Haranensi. Patriarcha autem, quia ex una parte augendis populi sui ecclesiis studebat, ex alia vero catholicum despicere aut aperte privare verebatur, coactus fuit ut et publice manum munificam aperiret et occulte eam contraheret. Hinc Ephræmo episcopo et fidelibus illius loci

ܘܕܢܬܡܟܟܘܢ ܐܠܘ ܕܠܐ ܢܠܘܬܘܢ. ܘܗܢܘܢ ܡܬܚܪܝܢ ܗܘܘ ܘܠܐ ܡܬܦܝܣܝܢ. ܒܠܒܐ ܡܢ ܒܘܪ̈ܟܬܐ ܡܫܕܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. ܒܠܫܢܐ ܕܝܢ ܠܘ̈ܛܬܐ ܦܠܛ ܗܘܐ. ܘܒܦܬܩ̈ܐ ܟܠܘܢ ܦܩܕܐ ܘܕܟ̈ܠܡܐ ܦܠܛ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܢܬܚܪܘܢ. ܘܡܬ̈ܚܪܝܢܐ ܡܒܪ̈ܟܐ ܟܕ ܚܝܠܬܢܐܝܬ ܡܩܒܠܘ ܘܙܟܘ. ܠܐܪܙܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐ ܗܘ ܐܫܬܘܝܘ ܠܡܦܪܣܘܗ.

ܘܡܠܟܐ ܡܢܚܐ ܗܝܬܘܡ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ. ܟܕ ܫܡܥ ܕܠܐ ܡܫܒܩܝܢ ܣܘ̈ܪܝܝܐ ܠܐܪ̈ܡܢܝܐ ܕܘܟܬܐ ܠܡܨܠܝܘ. ܟܬܒ ܘܫܕܪ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܕܐܢ ܐܢܬܘܢ ܕܘܟܬܐ ܙܥܘܪܬܐ ܟܠܝܢ ܡܢܟܘܢ ܐܢܬܘܢ ܠܥܡܢ ܗܒܝܢ ܩܘܪ̈ܝܐ ܪ̈ܘܪܒܬܐ ܠܕܝܪ̈ܝܟܘܢ ܠܡܢܐ. ܢܚܘܕ ܟܠܢܫ ܕܝܠܗ ܢܣܒ. ܘܐܬܟܬܒ ܦܛܪܝܪܟ ܘܫܕܪ ܐܓܪܬܐ ܠܡܠܟܐ. ܟܕ ܡܠܠ ܗܘ ܕܐܡܠܠ ܒܣܗܕ̈ܘܬܐ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܘܠܐ ܐܒܗܬ. ܫܪܝ ܡܡܠܠܐ ܠܡܠܟܗ. ܘܐܡܪ ܕܠܐ ܙܕܩ ܕܡܘ̈ܗܒܬܐ ܕܡ̈ܠܟܐ ܙܕ̈ܝܩܐ ܘܡܪ̈ܚܡܢܐ ܕܩܕܡܝܟ ܐܢܬ ܬܓܙܘܠ. ܐܦܠܐ ܥܠ ܣܟܠܘܬܐ ܕܐܚܪ̈ܢܐ ܫܩܠܘܬܐ ܕܢܫܩܠܘܢ ܩܝܠܝܩܝ̈ܐ ܒܕܝܠܗܘܢ. ܘܐܢ ܠܣܘܪ̈ܝܝܐ ܐܠܝܢ ܕܫܪ̈ܟܐ ܕܒܡܠܟܘܬܟ ܬܒܐܫ. ܡܟܝܠ ܠܫܪܟܐ ܕܥܡܢ ܕܒܠܚܐ ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܕܐܝܟ ܡܠܚܐ. ܐܠܐ ܐܡܪ ܘܩܬܘܠܝܩܐ ܩܕܝܫܐ ܡܣܗܕ ܗܘ

concedendnm esse scripsit, simul ipsis significans acquiescendum non esse. His igitur renitentibus et recusantibus corde quidem benedictiones largiebatur, lingua autem diras imprecabatur, imo libellis excommunicationis et censurarum ne reniterentur vetabat. Litigatores ergo isti benedicti, dum strenue resistebant vincebantque, secretum patriarchæ consilium prodere minime consenserunt.

Porro piæ memoriæ Armenorum rex Haytum[1], quum audisset Syros Armenis negare locum ad orandum, iratus patriarchæ scripsit in hæc verba: « si vos exiguo loco populum nostrum prohibeatis, cur nos prædia magna monasteriis vestris daremus? Obtineat igitur unusquisque quod suum est! » Ast patriarcha firmo animo scripsit epistolam regi; hisce : « loquar in justitia coram rege, et non erubescam, » dicendi initium faciens, atque hæc ait : « æquum non est ut donum regum justorum et misericordum prædecessorum tuorum surripias, nec legitimum ut pro culpa aliorum Cilicienses pœnas dent. Quodsi paucis illis Syris in regno tuo superstitibus malum inferas, forsan in superstite populo nostro, tenui illo quidem sed quo tanquam sale omnia regna condiuntur, invenietur qui malum inferat Armenis ubique. Præterea sanctus catholicus ipse testatur quantum

[1]) ܗܝܬܘܡ *Haytum*, quod nomen etiam *Hayton*, *Ayton*, *Haetom*, scribitur, rex Ciliciæ, Leonis successor, de quo quædam habet Barhebræus in hujus *Chronici* 1ª part., text. lat., p. 524, 525, 535, plura vero Galanus, *Lib. supra cit.*, p. 378, sqq.

ܡܬܟܬܫܬ ܥܡܗܘܢ · ܩܫܝ ܕܩܕܠܐ ܠܐܡܬܛܦܝܣܢܐ
ܘܡܥܨܝܢ · ܘܥܕܡܐ ܠܗܫܐ . ܗܢܘܢ ܡܫܬܥܒܕܢܐ
ܩܡ ܗܘܘ · ܘܣܒܪܐ ܠܐ ܦܣܩܬ ܟܠܗ ܡܢܗܘܢ ܡܛܠ
ܡܛܠܗܢܐ ܘܠܐ ܐܬܟܪܗܘ . ܡܢ ܒܬܪ . ܠܐ ܦܣܩܬ
ܐܦܠܐ ܣܒܪܐ ܡܢ ܗܢ ܕܢܫܬܥܒܕܘܢ ܐܠܝܢ . ܫܦܪ
ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܠܥܝܢܝ ܡܠܟܐ ܐܠܝܢ · ܘܡܦܝܣ
ܫܠܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܡܠܟܐ . ܘܐܦܝܣܗ .

ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ . ܨܒܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܝܟ
ܥܝܕܗ . ܕܐܦ ܒܗ ܒܩܠܥܬܐ ܪܗܘܡܝܬܐ
ܕܝܪܐ ܢܒܢܐ ܗܘܐ ܠܣܘܪ̈ܝܝܐ . ܡܛܠ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ
ܒܢܘ ܒܪܓܝܓܘܬܗܘܢ . ܕܝܪܐ ܒܢܘ ܒܗ ܥܠ
ܫܡ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ . ܘܢܣܒܝܢ ܕܘܪ̈ܐ
ܡܫܩܠܝܢ ܡܢ ܥܡ̈ܡܐ . ܘܡܛܠ ܕܒܢ̈ܘܗܝ
ܕܝܫܘܥ ܩܫܝܫܐ . ܦܪܕܝܣܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܠܗܕܐ ܕܡܟܫܪ ܠܕܝܪܐ ܕܥܠ ܓܢܒ ܢܗܪܐ . ܦܪܙܡܢ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܢܙܒܢ ܡܢܗܘܢ ܒܟܬܒܐ ܕܙܒܢܬܐ
ܕܡܢܗܘܢ . ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܒܬܪ ܙܒܢܐ ܢܬܟܬܫܘܢ
ܥܡ ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܥܡܪܝܢ ܒܗ ܒܕܝܪܐ ܘܢܟܝܢܘܢ
ܐܢܘܢ . ܘܟܕ ܐܬܚܪܝܘ ܘܠܐ ܝܗܒܘ ܕܢܙܒܢܘܢ .
ܐܬܚܡܬ ܥܠܝܗܘܢ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܢܦܩ
ܡܢ ܠܘܬܗܘܢ ܒܚܡܬܐ . ܘܐܙܠ ܠܡܥܪܬܐ
ܚܕܐ ܕܥܠ ܟܐܦ ܦܪܬ . ܘܟܕ
ܫܡܥ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ . ܐܦܩܗ ܠܗܘ
ܡܢ ܬܡܢ . ܘܐܘܒܠܗ ܠܚܕ ܡܢ ܩܘܪ̈ܝܗ .
ܘܟܪܗ ܬܡܢ ܘܡܛܐ ܠܡܡܬܐ . ܘܕܒܪ
ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܐܥܠܗ ܠܩܠܥܬܐ ܠܒܝܬܗ .
ܘܣܥܪܗ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܒܥܐ ܥܠ ܒܢܝ̈ ܝܫܘܥ
ܩܫܝܫܐ . ܘܐܬܘ ܠܘܬܗ ܠܦܛܪܝܪܟܐ .

laboraverim cum istis duræ cervicis repugnantibus qui nondum se submiserunt, quamvis spem non amiserim eos subjiciendi; remanent quippe adhuc sub censura.» Placuernnt regi verba patriarchæ enmque placarunt.

Interea patriarcha pro more voluit monasterium Syris ædificare in Castro Romano, propterea quod Armeni sua cupiditate ducti monasterium in eo ædificarant sub nomine sancti Barsumæ et varia donaria a populis percipiebant. Quia vero filii Josue presbyteri hortum possidebant cœnobio idoneum juxta fluvium Pharzeman[1], conatus est patriarcha libellum emptionis ab eis accipere ne postea monachis cœnobium inhabitantibus dominarentur iisque molestias crearent. Iis autem contentiose dare renuentibus, offensus patriarcha ab eis cum ira discessit, domiciliumque transtulit in specum quemdam ad ripas Euphratis. Quod cum audisset catholicus Armenorum eduxit illum inde atque transtulit in quamdam e suis villis, ubi ægrotavit et periculose decubuit; tum catholicus assumpsit eum ad se in arcem atque posuit interius in domo sua ad latus magnæ Armenorum ecclesiæ; ipsum quoque catholicus invisit et apud eum pro filiis Josue presbyteri intercessit; illique ad eum venerunt. Iis vero cnn-

[1]) *Marsifan* apud Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, theil. X, 934-935.

[illegible]

ctisque qui sub censura erant quum bene precatus esset, migravit ad Dominum decima quarta mensis Haziran (*Junii*) anni 1563 (*Christi* 1252).

Ejus exequiæ celebratæ fuerunt a catholico plurimisque episcopis, et sepultus est deforis ad latus orientale ecclesiæ magnæ Armenorum. Ex nostris duo tantum episcopi, Gregorius Hesenmansuri et Basilius Rhoabani, cum multis monachis ac presbyteris morti hujus beati adstiterunt. Cimelii ejus hæres fuit catholicus, excepta suppellectili pretiosa e qua in testamento suo adscripserat: cœnobio Mar Barsumæ magnam crucem auream, par flabellorum ex argento, paramentum integrum[1], chronici librum et alterum pandectarum; throno autem seu patriarchæ post ipsum constituendo urceum chrismatis ex argento, tria paramenta integra, planetas sericas, oraria pretiosa, tiaras elatas; aureum autem baculi caput accepit Gregorius Hesenmansuri, nec tamen retinuit quia Dionysius, ubi patriarcha constitutus fuit, illud accepit ab eo, nec rursus apud istum remansit; sed is illud dedit Simeoni presbytero et medico in *Mogolorum* castris, quando discessit; caput alterum ex argento accepit Rhoabanensis; magnum autem chirotoniarum librum a Mar

[1]) [illegible] *ordo, ornatus, sacer, paramentum.* Sic in Rituali syriaco [illegible] *sacerdotes ordinibus suis*, id est paramentis, *induuntur.* Vid. Asseman., *Bibl. or.*, II, 265, not. 3.

ܕܐܬܚܐ ܡܟܬܒܐ ܒܐܝܕܗ ܡܢ ܐܪܙܢ . ܘܢܣܒܘ
ܐܣܝܪܐ ܕܫܠܡܐ ܗܘ ܕܢܬܒܥܘܢ ܢܦܫܗ . ܘܡܐܬܐ
ܙܘܙܐ ܕܡܬܦܪܘܣܝܢ ܠܡܠܟܐ ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܫܕܪܘ
ܡܐܬܐ ܕܝܢܪܝܢ ܘܟܘܕܢܝܐ ܢܣܒ ܩܬܘܠܝܩܐ .
ܘܡܐܬܐ ܕܡܢܬܐ ܘܩܘܕܫܐ ܠܟܗܢܐ
ܘܡܫܡܫܢܐ ܐܬܦܠܓܘ . ܘܡܢܐ ܘܩܘܕܫܐ
ܐܬܝܗܒܘ ܠܗܘܢ . ܘܟܢ ܕܚܙܐ ܐܢܦܘܩܐ
ܠܡܠܐ.

ܒܬܪ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܕܗܘ ܐܗܪܘܢ .

ܡܢ ܕܝܢ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܟܝܠ ܒܩܠܥܬܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܐܬܢܝܚ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܡܠܝܛܝܢܝܐ ܕܗܘ ܐܗܪܘܢ ܐܢܓܘܪ
ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ . ܐܬܡܪܚ ܕܚܙܐ ܕܠܝܬ
ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܣܚܪܢܘܗܝ ܩܕܡ ܕܢܩܘܡ
ܠܘܩܒܠܗ . ܘܟܕ ܡܬܬܦܝܣܝܢ ܗܘܐ ܡܢ ܡܠܘܗܝ
ܐܢܫܐ ܕܡܠܟܗ ܗܘܘ ܠܗ . ܐܡܪ ܗܘܐ
ܕܐܦܢ ܠܟ ܩܪܝܒܝܢ ܗܠܝܢ ܕܚܠܝܢ ܡܢܟ .
ܡܦܪܝܢܐ ܟܪ ܡܦܪܝܢ ܒܪܡܥܕܢܐ ܕܗܢܘܢ .
ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܠܗ ܕܓܒܪܐ ܕܥܠܝܡ . ܒܣܝܠܝܘܣ
ܨܠܝܒܐ ܕܚܠܒ ܟܠ ܡܠܟܐ . ܘܗܘ ܕܐܡܝܕ
ܘܗܘ ܕܚܨܢ ܙܝܕ ܣܒܐ ܘܡܠܦܢܐ ܪܫܝܡܐ.
ܘܗܟܢܐ ܛܘܪ ܥܒܕܝܢ . ܘܦܠܣܛܝܢܐ
ܐܬܢܣܝܘܣ ܐܟܝ ܘܫܪܟܐ ܗܟܢܐ .
ܐܝܟܢܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܟ . ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܐܢ
ܒܠܚܘܕ ܒܒܝܬ ܪܗܘܡܝܐ ܐܫܠܛ ܣܦܩ
ܠܝ . ܘܐܚܝܕ ܗܘܐ ܒܣܒܪܐ ܣܪܝܩܐ
ܗܢܐ . ܕܟܕ ܡܫܬܡܥ ܕܚܕ ܐܬܩܝܡ ܠܐ ܡܬܩܝܡ ܐܚܪܢܐ .

Michaële conscriptum acceperunt filii Josue; ducenti porro denarii mulusque regi Ciliciæ missi sunt; centum etiam *denarios* mulumque recepit catholicus; centum denique pro funere sacerdotibus distributi fuerunt.

94. *Post Mar Ignatium*, Dionysius, *alias Aaron.*

Defuncto piæ memoriæ patriarcha Mar Ignatio in Castro Romano, Dionysius Melitinae, qui et Aaron Angur, quia videbat sibi opponi posse neminem ex præsulibus vicinis, patriarchatum appetiit, quamvis ipsum consiliarii ejus retraherent, dicendo : « etiamsi vicini tui qui timent te consentiant, maphrianus tamen Barmaadanus, homo sua ætate plane singularis, Basilius Saliba Alepi, vir facundus regibusque charus, episcopi etiam Amidæ et Castri Zaid senectute venerabiles ac doctrina notissimi, pariter Turabdinenses, necnon episcopi Palæstinæ Athanasius Aci ceterique, quomodo in tui *electionem* consentient? » Respondit eis : « modo in Beth-Romæorum *regionem* tantum potestatem exerceam, sufficit mihi. » Tenebatur autem vana hac spe, alterum, ubi auditum esset unum fuisse constitutum, haud constitutum iri; aut si constituerent, eum qui prior

[illegible]

esset constitutus in judicio victurum et suscipiendum fore. Præterea confidebat se adversarios suos muneribus ab invicem divisurum.

Festinanter igitur congregavit paucos præsules vicinos : Claudianum, Hesenmansuranum, Lacabenensem, Calissuranum et Gubensem; adfuit etiam Basilius seu Damianus Cæsareæ, qui cum Rabban Salomone præcedentis patriarchæ syncello, ut illi modo defuncto obsequia præstaret, advenerat; quum igitur Melitinam pervenisset et de ejus obitu notitiam accepisset, jam retrogradi nequivit, sed cum præsulibus ad monasterium Mar Barsumæ ascendit. Urgente porro eos Melitinensi ut se ordinarent, reponderunt: «nos, nisi maphrianus ceterique episcopi fratres nostri certiores fiant, nihil agere possumus.» Tunc scripserunt epistolam miseruntque ad Barmaadanum, post solatoria de senioris obitu verba, dicentes : «ecce nos infirmi convenimus in monasterio Mar Barsumæ, quod hodie est nobilissima populi nostri sedes, et ceteris locis synodo aptius; rogamus igitur Celsitudinem tuam ut ad nos venire dignetur, ac commune negotium perficiamus, constituendo nobis antistitem qui tempori et *rerum* statui conveniat.

Præterea senex Claudiæ Mar Dionysius privatam maphriano scripsit

ܘܐܡܪ ܠܗ . ܕܝܕܥ ܚܟܡܬܟ ܫܦܝܪܐܝܬ . ܕܗܫܐ
ܐܦܠܐ ܠܗܠ ܕܘܟܬܐ ܕܢܗܘܐ ܐܝܟܐ ܠܡܣܡܟܘܬܐ
ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܐܐ . ܐܠܐ ܗܢܐ ܥܘܡܪܐ . ܘܗܢܐ
ܕܡܠܝܛܝܢܝ ܝܕܥ ܛܒ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܕܗܪܟܐ . ܘܪܚܝܡ ܠܟܠܗܘܢ . ܘܣܛܪ ܡܢܗ
ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܬܒ ܗܪܟܐ . ܘܐܦ ܒܗ
ܒܐܓܪܬܗ ܟܬܒ ܕܐܦ ܗܕܐ ܡܘܕܥ
ܠܡܕܢܚܐ ܟܝ ܫܦܝܪ ܫܘܝܬ ܠܟ ܘܡܠܬܐ
ܕܥܪܒܝܐ ܘܟܬܒܐ . ܘܐܢ ܪܚܝܡܢ ܠܟ
ܐܦܪܟܝܣ ܩܪܝܒܬܐ ܠܐ ܟܠܝܐ ܬܘܣܦܬܐ.
ܘܟܬܒܘ ܐܦ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܒܣܝܠܝܘܣ
ܕܚܠܒ . ܕܢܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ . ܘܐܫܬܕܪ ܐܝܟ
ܠܘܬܗ ܐܒܘܓܠܒ ܕܝܪܝܐ ܬܠܡܝܕܗ ܕܐܒܘ
ܣܠܝܡ ܐܪܟܝܡܢܕܪܝܛܐ . ܘܫܕܪܗ ܠܗ ܗܘ
ܡܠܝܛܝܢܝ . ܕܡܢ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܠܝܢ ܢܘܟܪܝܐ
ܓܒܘܢܝ ܘܫܠܡܘ ܠܝ ܒܝܗ . ܟܡܐ
ܡܝܬܪܐܝܬ ܐܢܬ ܕܒܪܝ ܐܢܬ ܪܘܚܢܝܐ
ܘܒܩܠܝܬܝ ܪܒܝܬ ܘܐܬܕܪܫܬ . ܘܙܕܩ
ܕܬܒܥ ܐܢܬ ܒܚܕܘܬܐ ܒܡܛܠܬܝ . ܗܘ
ܕܝܢ ܚܠܒܝܐ ܦܢܝ ܦܬܓܡܐ ܗܟܢܐ .
ܕܐܢܐ ܒܠܥܕ ܡܦܪܝܢܐ ܘܟܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܐܫܬܘܐ ܠܘܬ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ . ܘܟܕ ܗܦܟ
ܐܝܙܓܕܐ ܣܦܝܩܐ . ܐܙܠ ܠܘܬ ܘܙܝܪܐ
ܕܚܠܒ . ܘܢܣܒ ܦܘܩܕܢܐ ܕܟܠ ܟܠܗܘܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܣܘܪܝܐ ܘܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ . ܕܠܟܠܗܘܢ
ܕܫܘܐ ܕܚܠܒܝܐ ܢܫܬܘܘܢ . ܠܗܢܐ . ܐܦ ܠܐ ܗܘ
ܠܐܚܪܢܐ .

ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܕܝܢ ܟܕ ܩܪܐ ܐܓܪܬܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܓܪܒܝܝܐ ܣܓܝ ܐܬܟܪܝ . ܘܐܦܢܝ ܕܢܦܘܩ ܡܢܗ

epistolam, dicens : « apprime persuasum habet sapientia tua hoc tempore nullum exstare locum, creationi patriarchæ opportunum, nisi hoc monasterium. Jam vero Melitinensis optime novit hujus loci præfectos iisque gratus est, ac præter eum nullus ibi sedere potest. » In eadem epistola hoc quoque significavit : « tu Orienti valde idoneus es, utpote cui familiaris est sermo, notaque scriptura arabica. Quod si diœceses proximas tibi desideres, adjectioni isti nihil obstabit. » Scripserunt etiam præsules Basilio Alepi eum in finem ut ipsos adiret; nuntius quoque ad eum missus est Abugaleb, monachus, Abusalemi archimandritæ discipulus, quem ablegavit Melitinensis *dicens :* « quandoquidem isti præsules mihi extranei, me elegerunt assensumque suum mihi præbuerunt, quanto magis te, qui filius meus spiritualis es et in cella mea educatus edoctusque fuisti, oportet tuum pro me studium cum gaudio impendere. » Quæ, cum audisset Alepensis, respondit : « ego absque maphriano omnibusque episcopis cuiquam assentiri non possum. » Remisso igitur legato vacuo, Alepi vezirum adiit, atque mandatum accepit ad omnes Syriæ et Mesopotamiæ episcopos ut cuicumque præsul Alepensis assentiretur, huic et non alteri ipsi etiam assentirentur.

Barmaadanus, lectis episcoporum septentrionalium epistolis, graviter

ܡܫܬܒܩܐ. ܘܠܐ ܐܬܡܪܚ ܕܢܐܡܪ ܠܗܘܢ ܩܫܝܬܐ
ܕܡܢܐ ܒܥܕܬܐ ܠܓܠܝܘ ܡܢ ܪܘܓܙ. ܐܠܐ
ܐܬܚܦܛ ܠܡܫܬܘܬܦܘܬܗܘܢ ܕܡܠܬܐ. ܥܕܡܐ
ܕܢܬܟܢܫ ܗܘ ܟܢܘܫܝܐ ܪܒܐ ܕܐܦܝܣ̈ܩܘ
ܡܕܢ̈ܚܝܐ ܘܛܘܪ ܥܒܕ̈ܝܢܝܐ. ܘܕܣܘܪܝܐ
ܒܪܝܬܐ ܘܓܘܝܬܐ. ܘܢܩܘܡܘܢ ܠܩܘܒܠܗ
ܠܥܘܠܒܢܗ ܐܝܟܐ ܕܗܘ ܕܡܠܝܛܝܢܝܐ. ܟܬܒ ܗܘܐ
ܡܟܝܟ ܘܟܬܒܐ ܐܠܗܘܢ ܕܥܒܕܘ ܠܗܘܢ
ܣܘܪܗܒܗܘܢ. ܘܐܡܪ ܕܗܘܐ ܕܥܠܗܡܡܘܢ
ܟܢܘܫܝܐ ܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܢܫܬܪܐ ܣܦܝܩܐ. ܐܠܐ
ܣܟܘ ܠܝ ܥܕܡܐ ܠܥܐܕܐ ܕܨܠܝܒܐ. ܕܐܫܟܚ
ܦܘܩܕܢܐ ܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܘܐܣܩ ܠܘܬܟܘܢ.
ܘܓܒܝܐ ܕܝܠܟܘܢ ܢܛܝܒ ܢܦܫܗ. ܕܡܐ
ܕܐܬܝܢ ܢܫܬܠܡܘܢ ܨܒ̈ܘܬܐ ܥܡ ܐܠܗܐ ܕܠܐ
ܥܘܟܒܐ. ܘܟܕ ܝܬܒܘ ܗܠܝܢ ܪ̈ܝܫܢܐ ܡܢ
ܝܪܚܐ ܬܡܘܙ ܥܕܡܐ ܠܦܠܓܗ ܕܐܝܠܘܠ ܣܟܘܝܘ
ܘܠܐ ܐܬܐ. ܘܐܬܐܠܨܘ ܥܠܘܗܝ ܕܕܝܘܢܘ̈ܣܝ
ܣܪܛܘܢܘܗܝ ܒܝܘܡ ܥܐܕܐ ܕܨܠܝܒܐ ܕܫܢܬܐ
ܕܐܠܦ ܘܬܩܣܓ ܡܬܬܣܪܛܢܘܬܐ
ܕܬܪܬܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܗܘܐ ܗܘ ܕܐܝܥ. ܗܕܐ
ܕܐܝܟ ܡܠܬܐ ܗܝ ܡܬܥܡܕܝܢܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ.
ܫܘܠܛܪܘܢܝܐ ܡܕܝܢ ܕܡܬܓܒܐ ܐܝܟ ܕܠܗܘܐ
ܐܦܝܣ̈ ܕܡܬܐܡܪܐ ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ. ܘܐܝܕܗ
ܕܟܠܗ ܥܠ ܕܟܠܗܘܢ ܐܝܟܢܐ. ܡܬܡܬܚܐ
ܡܬܪܘܡܡܐ.

tulit alium, ipso prætermisso, eligi; non ausus est tamen ipsis dura respondere ne quidpiam ex ira molirentur, sed studium suum impendit ut modo rem differrent, donec ipse coegisset magnam episcoporum Orientalium et Turabdinensium atque Syriæ ulterioris et citerioris synodum, qui omnes Melitinensis violentiæ se opponerent. Scripto igitur eos leniter ob festinationem reprehendit, addiditque: « nolo divinam vestram synodnm re infecta dimitti; sed expectate me usque ad festum crucis ut possim, obtento principis mandato, ad vos ascendere; electus autem vester præparet se, ut cum venerimus, res, adjuvante Deo, absque mora perficiatur. » Cum vero sedissent præsules a *mense* Tamuz *(Julii)* usque ad medium Ilul *(Septembris)* eum exspectantes et ipse non advenisset, eumque urgerentur a Dionysio, hunc ordinarunt die festo crucis illius anni 1563 (*Chr.* 1252), iterata ordinatione, ut olim Haie[1] *factum fuerat* : quod æque reprehendendum est ac iteratum baptisma; ubi enim ad patriarchatum eligitur episcopus, ille entrhonizandus tantum est, et in traditione baculi elevanda manus ejus supra omnium manus[2].

[1]) Vide supra 438.

[2]) Barhebræus in *Nomoc.*, part. I, c. VII, s. 3 apud Maï *Script. vett. nov. coll.* t. X, in hanc rem ait : « *Si episcopus est ille, qui ad honorem metropolitæ (vel patriarchæ) offertur, per scripta systatica synodi perficitur dumtaxat, et non per secundam impositionem manus.* » « *Et si episcopus ad catholicatum, aut patriarchatum præsentatur, aut catholicus ad patriarchatum, ne procumbat, sed stet coram altari indutus ordine suo postquam per positionem genu a synodo vocatus fuit : et oret præses synodi inclinationem τό : « emundationem a pollutione » Et attollat vocem suam. Et suscipe catholicum aut patriarcham. Deinde circumgestent eum super sedem,*

ܘܐܥܒܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܢ ܐܣܛܝܦܢܘܣ
ܠܓܪܝܓܘܪܝ ܕܚܣܢܡܢܨܘܪ ܠܡܠܝܛܝܢܝ .
ܘܠܚܣܢܡܢܨܘܪ ܐܬܬܣܪܚ ܪܒܢ ܒܪܨܘܡܐ.
ܡܫܡܫܢܐ ܒܪ ܚܒܝܒ ܩܫܝܫܐ . ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܢ
ܘܒܪ ܓܢܣܐ ܕܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܛܘܒܐ . ܘܐܬܩܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܩܪܘܝܐ .
ܘܣܦܪܐ .

ܡܦܪܝܢܐ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܐܬܬܙܝܥ ܘܟܢܫ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܕܢܚܝܐ ܘܛܘܪܥܒܕܝܢܝܐ . ܘܐܬܐ
ܠܚܨܢ ܪܘܡܝܐ . ܘܫܪܪ ܫܝܢܐ ܥܡ
ܩܬܘܠܝܩܐ . ܘܐܙܠ ܠܐܘܪܗܝ . ܘܐܬܐ ܠܘܬܗ
ܗܘ ܕܚܠܒ . ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܝܢ
ܕܐܬܦܛܪܟ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܓܪܒܝܝܐ ܡܢ ܕܫܡܥܘ
ܕܐܬܐ ܡܦܪܝܢܐ ܠܐܘܪܗܝ . ܟܬܒܘ ܐܓܪܬܐ
ܕܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܠܘܬܗ ܕܡܦܪܝܢܐ . ܡܢ ܐܡܪܝܢ .
ܕܗܝ ܕܥܒܕܢ ܒܦܘܩܕܢܟ ܗܘ ܥܒܕܢ .
ܡܛܠ ܕܟܬܒܬ ܠܢ ܕܢܩܘܘܢ ܠܥܐܕܐ
ܕܨܠܝܒܐ ܒܠܚܘܕ ܢܛܝܒ ܠܗ . ܘܫܪܟܐ
ܕܓܒܝܐ ܕܝܠܟܘܢ ܟܠܟܘܢ ܘܫܪܟܐ . ܡܒܥܝܢ
ܡܬܚܢܢܝܢ ܠܪܒܘܬܟ ܕܡܢ ܐܘܪܗܝ ܠܐ
ܬܫܢܘܢ . ܥܕܡܐ ܕܟܠܢ ܥܡ ܗܘ
ܗܘ ܕܐܩܝܡܢ ܠܬܫܡܫܬܟ ܢܐܬܐ .

Dionysius, patriarcha factus, transtulit Gregorium Hesenmansuri Melitinam, et Hesenmansuro ordinatus est Rabban Barsumas diaconus, Habibi presbyteri filius, discipulus autem et consanguineus Mar Ignatii piæ memoriæ patriarchæ, vocatusque fuit Ignatius lector ac scriptor.

Hæc ubi rescivit maphrianus commotus est et congregavit episcopos orientales ac Turabdinenses, et concessit ad Castrum Romanum; deinde firmata cum catholico amicitia, perrexit Edessam, quo ad eum venit Alepensis. Dionysius autem qui patriarchatu fungebatur et præsules septentrionales, audientes maphrianum Edessam advenisse, maphriano epistolas excusationis scripserunt : « quod fecimus, aiebant, id omne jussu tuo fecimus; quippe scripseras nobis : expectate me usque ad festum crucis dumtaxat, et electus vester præparet se, etc. Quapropter Celsitudinem tuam rogamus ab Edessa ne recedatis donec omnes cum eo quem constituimus ad obsequium tuum adfuerimus, et quod

*tribus vicibus dicendo : axios. Deinde legatur evangelium pastoris boni. Postea oret præses synodi inclinationem susceptionis gratiæ, et convertatur ad occidentem, et apprehendat ipse ac episcopi cum vocato hastam, quisque in suo ordine, et deinde elevent manum ejus supra omnes. Exclamet præses synodi : « virgam fortitudinis.»*

Clarius autem describitur enthronismi ritus in *Pontificali* Michaelis patriarchæ apud Denzinger, *Ritus Orientt.*, II, 77 : « *Tunc admovent sedem seu thronum, cui eum imponunt versa facie ad occidentem, et apprehendunt thronum episcopi et presbyteri et elevant illum tribus vicibus, et, præside synodi unaquaque vice inchoante, excipiunt alii dicentes : «ἄξιος,dignus,dignus,» et clamat totus populus : «dignus, dignus.»* Denique de traditione baculi, quæ fit ad patriarcham. « *Quum ei baculum pastoralem tradunt, qui potestatis spiritualis signum est, omnes (episcopi) illum tenent unusquisque secundum suam antiquitatem : deinde manum dextram ejus, qui in patriarcham ordinatur apprehendunt et elevant illam super omnium manus ; ita ut summum baculi verticem is teneat, atque ita perficitur.* »

ܘܐܝܟ ܕܫܦܝܪܐ ܠܟܘܢ ܘܫܦܪ ܠܣܘܢܗܕܘܣ
ܥܒܕܘ . ܘܫܕܪܘ ܐܓܪܬܐ ܥܠ ܐܝܕܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܕܠܩܒܝܢ . ܒܪܗ ܕܐܗܪܘܢ . ܘܬܘܒ ܡܫܕܪܐ
ܫܕܪ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܠܒܪ ܡܥܕܢܝ
ܡܘܡܬܐ ܕܐܢ ܠܐ ܬܬܠ ܐܝܕܟ ܠܝ . ܐܢܐ ܒܚܕ
ܐܝܬܐ ܕܝܪܐ ܡܢ ܕܝܪܬܐ . ܘܐܢܬ ܐܩܝܡ ܥܠܝ
ܕܬܗܘܐ ܒܗ ܟܠܗ ܫܠܡܐ . ܒܠܚܘܕ ܦܠܓܘܬܐ
ܒܥܕܬܐ ܠܐ ܬܥܒܕ . ܘܟܕ ܐܬܐ ܗܘ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܠܐܘܪܗܝ . ܠܐ ܐܫܟܚ ܐܢܘܢ ܬܡܢ . ܡܛܠ
ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܕܚܠܒ . ܘܢܣܒܗ
ܠܡܦܪܝܢܐ ܘܠܐܦܣܩܘܦܐ ܕܥܡܗ . ܘܐܙܠܘ
ܟܠܗܘܢ ܠܚܠܒ ܕܢܩܝܡܘܢ ܠܗ ܠܡܦܪܝܢܐ
ܕܗܘ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܡܢ ܗܝܕܝܢ
ܫܪܝܘ ܐܘܪܗܝܐ ܠܡܣܠܝܘܬܗ ܕܒܪ ܡܥܕܢܝ .
ܕܐܡܬܝ ܕܗܘ ܪܒܐ ܘܡܝܩܪܐ ܒܡܠܦܢܘܬܐ
ܘܒܚܟܡܬܐ ܒܥܕܬܐ ܕܒܚܫܐ ܐܫܠܡ ܢܦܫܗ
ܠܗܘ ܕܚܠܒ ܠܥܠܝܡܐ ܡܫܬܪܚܢܐ . ܣܓܝ
ܓܝܪ ܣܢܝܢ ܗܘܘ ܐܘܪܗܝܐ ܠܗܘ ܕܚܠܒ .
ܘܐܦ ܥܠ ܡܬܝܠܕܢܘܬܗ ܗܘܐ . ܡܛܠ ܕܟܕ
ܠܐ ܡܝܬܪܐ ܡܬܝܠܕܢܘܬܗ ܗܘܐ ܠܥܠܝܗܘܢ
ܘܡܫܬܒܗܪ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܠܒܪ
ܗܘܐ ܣܩܘܒܠܐ . ܘܡܛܠܬܗ ܐܦ ܠܒܪ
ܡܥܕܢܝ ܣܢܘ .

ܘܒܬܪ ܡܐܬܝܬܐ ܕܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܠܐܘܪܗܝ . ܐܬܐ ܐܦ ܗܘ ܣܒܐ ܝܘܚܢܢ ܕܐܡܝܕ ܨܠܝܒܐ ܫܡܗ ܘܥܡܗ ܝܘܚܢܢ ܡܝܦܪܩܛܝܐ ܬܠܡܝܕܗ ܠܘܬܗ . ܘܐܦܝܣܘܗܝ ܐܘܪܗܝܐ ܕܠܥܘܡܪܐ ܢܣܩ . ܘܠܐ ܢܐܙܠ ܒܬܪ ܗܢܘܢ ܕܐܙܠܘ ܠܚܠܒ . ܘܗܘ ܣܒܐ ܪܝܫܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܕܠܚܠܒ ܙܕܩ ܠܝ ܕܐܙܠ ܒܥܓܠ .

tibi videbitur et synodo placuerit, faciatis. » Miserunt epistolam per Gregorium Lacabenæ, Aaronis filium. Præterea Dionysius nuntium ad Barmaadanum misit qui ita ore eum adjuraret: « si tu assensum mihi negaveris, equidem in aliquo monasterio sedebo; tu vero eum constituas quem tota synodus receperit, modo in ecclesia schisma non facias. » Ast Gregorius, ubi Edessam pervenit, eos ibi non invenit, eo quod Basilius Alepi venerat assumpseratque maphrianum cum episcopis ejus comitibus, atque omnes Alepum concesserant, ut maphrianum Barmaadanum constituerent patriarcham. Ab eo tempore cœperunt Edesseni Barmaadanum contemnere, quod, cnm magister esset honore ac sapientia in ecclesia conspicuus, sese ex passione tradidisset Alepensi juveni superbo. Edesseni enim nimio odio ferebantur in Alepensem, etsi eorum concivem, eo quod, quamquam genere minime illustris esset, ultra modum se efferebat super ipsos et gloriabatur; atque propter eum etiam Barmaadano infensi erant.

Postridie adventus Lacabenensis in Edessam, venit etiam senex Joannes Amidæ nomine Saliba una cum Joanne Maiphercatae, ejus discipulo: quem Edesseni rogarunt ut ad cœnobium ascenderet, non autem eos sequeretur qui Alepum concesserant. Senex autem ille præsul respondit eis : « oportet me citius Alepum per-

ܘܠܐ ܐܫܒܘܩ ܐܢܘܢ ܕܢܥܒܕܘܢ ܣܕܩܐ. ܘܫܪܝ
ܗܘ ܣܒܐ ܡܝܩܪܐ ܕܐܡܝܕ ܕܠܬܪ̈ܬܝܗܝܢ
ܓܒ̈ܘܬܐ ܢܟܐ ܒܟܐܢܘܬܐ. ܕܠܘ ܫܦܝܪ
ܥܒܕܘ ܗܢܘܢ ܕܕܠܐ ܐܚ̈ܝܗܘܢ ܐܩܝܡܘ ܪܫܐ
ܚܪܝܦܐܝܬ. ܐܦܠܐ ܗܠܝܢ ܕܐܙܠܘ ܕܢܩܝܡܘܢ
ܐܚܪܢܐ. ܥܕܠܐ ܕܢܫܪܘܢ ܠܗܘ ܕܩܡ.
ܘܗܘܐ ܟܕ ܗܘ ܕܐܡܝܕ ܘܬܠܡܝܕܗ ܠܚܠܒ
ܐܙܠܘ. ܗܘ ܕܠܩܒܝܢ ܠܕܝܪܐ ܕܒܪܨܘܡ ܣܠܩ. ܟܕ
ܫܕܪ ܐܓܪܬܐ ܗܘ ܕܥܡܗ ܗܘܬ ܠܘܬ ܚܠܒܝܐ ܒܝܕ
ܝܘܣܦ ܥܒܕܗ ܕܐܢܓܘܪ ܒܪ ܚܬܗ. ܘܟܬܒ
ܐܦ ܗܘ ܐܓܪܬܐ ܒܥܘܬܐ ܕܠܐ ܢܥܒܕܘܢ
ܣܕܩܐ. ܐܠܐ ܢܣܝܒܪܘܢ. ܥܕܡܐ ܕܐܬܝܢ
ܐܦܝܣܩܘܦ̈ܐ ܓܪ̈ܒܝܝܐ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܗܝܕܝܢ ܢܥܒܕܘܢ
ܨܒܝܢܗܘܢ.

ܥܠ ܕܐܬܬܣܝܡ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ.
ܐܬܬܣܝܡ ܐܦ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܗܘ ܒܪ ܡܥܕܢܝܐ.

ܟܕ ܐܬܐ ܗܘ ܕܐܡܝܕ ܠܚܠܒ ܐܫܟܚ ܠܒܪ
ܡܥܕܢܝܐ ܟܕ ܬܪܝܢ ܝܘܡ̈ܝܢ ܐܬܬܣܝܡ
ܦܛܪܝܪܟ. ܒܥܕܬܐ ܕܚܠܒ ܒܥܐܕܐ ܕܒܪܒܪܐ. ܒܐܪ
ܒܥܐ ܒܟܢܘܢ ܩܕܝܡ ܒܫܢܬ
ܐܠܦ ܘܫܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܐܪܒܥ.
ܘܐܬܟܪܝ ܠܗܘܢ ܗܘ ܕܐܡܝܕ ܘܠܐ ܨܒܐ
ܠܡܥܠ ܠܘܬܗܘܢ. ܘܠܚܪܬܐ ܐܥܠܘܗܝ
ܘܐܬܕܝܢ ܥܡܗܘܢ ܕܠܐ ܡܘܬܪ. ܘܟܕ
ܐܠܨܘܗܝ ܕܢܬܠ ܠܗܘܢ ܐܝܕܗ ܒܟܬܒܬܐ
ܒܫܠܡܘܬܐ. ܐܡܪ ܕܐܢܐ ܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܐ
ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܐܢܐ. ܘܠܐ ܐܦܫܪ ܠܝ ܕܐܟܪܙ.
ܐܠܐ ܠܡܢ ܕܗܘ ܣܘܠܛܢ ܡܩܒܠ.
ܘܫܒܩ ܐܢܘܢ ܘܗܦܟ ܠܐܦܪܟܝܬܗ.

gere, ne sinam eos schisma facere. » Tunc cœpit venerabilis ille senex Amidæ utramque partem jure merito reprehendere : non recte egisse sive eos qui absque fratribus suis citius constituerant sibi antistitem, neque eos qui perrexerant ad alterum sibi præficiendum antequam jam constitutum deposuissent. Ita factum est, ut dum Amidensis ejusque discipulus Alepum tendebant, Lacabenensis ad cœnobium *Barsumæ* ascenderet, missa Alepum per famulum Joseph, Anguri e sorore nepotem, epistola quam secum habebat. Scripsit et ipse alteram supplicem, ne schisma facerent, sed patientia uterentur donec episcopi septentrionales ad eos venissent, et deinde voluntatem suam perficerent.

95. *Post Dionysii ordinationem ordinatus est etiam Mar* JOANNES *Barmaadanus.*

Alepum ingressus Amidensis Barmaadanum invenit a duobus jam dicbus patriarcham ordinatum in ecclesia Alepensi die festo sanctæ Barbaræ, quarta Conun prioris (*Decembris*) anni millesimi quingentesimi sexagesimi quarti *(Christi* 1252). Iis offensus Amidensis noluit ad eos ingredi ; at tandem instantiis introduxerunt eum, ipse vero cum eis in vanum contendit. Illis autem eum cogentibus ut consensum suum scripto daret, dixit : « ego sub potestate sum Beth-Romæorum, neque alium prædicare fas mihi est quam virum Soltano acceptum. » Reliquit igitur eos et ad suam diœcesin reversus est.

ܘܗܘ ܒܪ ܡܥܕܢ ܒܬܪ ܩܠܝܠܬܐ ܝܘܡܬܐ
ܕܐܬܬܣܝܡ ܐܣܝܡ ܠܒܣܝܠܝܘܣ ܕܚܠܒ
ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܘܐܬܩܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ.
ܘܫܘܚܠܦܐ ܐܬܥܝܩܘ ܡܢ ܣܘܓܐܐ ܥܡܐ
ܗܕܐ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܒܡܫܬܡܗܢܐ ܐܠܐ
ܒܡܫܡܗܢܢܐ ܝܬܝܪ. ܘܨܒܐ ܕܝܢ ܡܪܝ
ܡܚܕܐ ܕܢܐܙܠ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܢܬܒ
ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܣܘܝܪܐ ܪܒܐ. ܐܝܟܢܐ
ܕܢܫܪܪ ܒܫܡܐ ܘܒܨܒܘܬܐ ܠܗ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ.
ܘܟܕ ܐܬܐ ܬܡܢ ܘܐܬܘ ܠܘܬܗܘܢ
ܐܦ ܐܬܢܐܣ ܕܗܘ ܝܫܘܥ ܐܟܐ. ܘܝܫܘܥ
ܗܘ ܛܪܝܦܘܠܝܛܐ ܕܗܘ ܒܪ ܦܪܣܘܡ ܐܘܪܗܝܐ.
ܥܡ ܦܠܓܘܬܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܝܬ ܗܘ ܕܝܘܚܢܢ
ܘܗܘ ܒܪ ܦܪܣܘܡ. ܘܟܕ ܡܣܬܡܟ ܠܗܘ ܕܝܘܚܢܢ
ܡܠܟܐ ܗܘܐ. ܐܙܠ ܒܪ ܦܪܣܘܡ ܠܘܬ ܪ̈ܝܫܢܐ
ܕܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܦܪ̈ܢܓܝܐ. ܘܐܟܠ ܩܪ̈ܨܘܗܝ
ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ. ܕܠܐ ܟܐܢܘܬ ܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ.
ܘܕܐܣܪܐ ܐܝܬ ܠܝܥܩܘܒܝܐ ܕܡܚܕܗܘܢ ܩܕܡ
ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܕܗܘ ܥܬܝܪܐ ܘܡܠܟܐ
ܪܚܝܡܐ. ܘܡܛܝܒ ܗܘ ܕܢܐܬܐ ܘܢܝܬܐ
ܠܟܘܢ ܩܘܪ̈ܒܢܐ. ܘܠܐ ܬܩܒܠܘܢܝܗܝ
ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܗܘ. ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܦܪ̈ܢܓܝܐ
ܐܬܒܨܪ ܒܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܒܪ ܡܥܕܢ ܘܐܡܪܘ
ܠܐ ܢܩܒܠܝܘܗܝ ܥܕܡܐ ܕܢܬܐ ܒܥܠ ܕܝܢܗ.
ܘܡܬܕܝܢܝܢ ܬܪ̈ܘܝܗܘܢ. ܘܗܘ ܕܢܙܕܕܩ ܢܬܒ
ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ. ܘܐܬܪܦܝܬ ܗܕܐ ܨܒܘܬܐ
ܬܠܬܐ ܝܪ̈ܚܝܢ. ܘܒܬܪ ܢܦܩܬܐ ܣܓܝܐܬܐ
ܘܡܘܗ̈ܒܬܐ ܠܦ̈ܪܢܓܝܐ ܗܢܘܢ. ܘܡܦܩ ܒܪ
ܡܥܕܢ ܡܦܩ ܒܪܘܚܐ. ܕܫܕܪ ܠܒܥܠ ܕܝܢܗ
ܘܠܐ ܨܒܐ ܕܢܐܬܐ.

Post paucos ab ordinatione sua dies, Barmaadanus Basilium Alepi Orientis maphrianum ordinavit. Appellatus est Ignatius ; ob quam nominis mutationem indignati sunt multi non tantum in nominatum, sed præsertim in nominantem. Voluit porro Mar Joannes illico Antiochiam contendere et in throno magni Severi sedere, ut nomine et re firmior fieret ejus dignitas patriarchalis. Quum ergo illuc advenisset, accessissentque ad eos Athanasius seu Josue Aci et Josue Tripoleos, alias Barpherson Edessenus, propter dissidium inter Acensem et Barphersonem exortum, cumque Mar Joannes Acensi faveret, Barphersones adiit præpositos ecclesiæ magnæ Francorum et Mar Joannem quod absque jure sedem occuparet accusavit, alium esse legitimum *aiens*, qui ante illum thronum Jacobitarum occupaverat in monasterio Mar Barsumæ, virum scilicet opulentem regibusque gratum, qui paratus esset ad veniendum, magna munera ipsorum ecclesiæ oblaturus : « nolite igitur, inquit, istum suscipere donec ille venerit. » Quæ cum Franci audissent, Barmaadanus eorum oculis deminutus est, et dixerunt : « hunc non suscipiemus, donec adversarium ejus acciverimus, et utraque pars interfuerit judicio : qui porro *sic* confirmabitur, ille sedeat in throno. » Hoc negotium spatio trium mensium intermissum fuit. Tum post multas expensas donaque Francis illis data et factam apologiam qua asseruit se misisse ad adversarium suum et hunc venire renuisse, ægre

ܠܥܕܬܗܘܢ ܪܒܬܐ. ܘܐܬܬܘܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܐܝܟ
ܥܝܕܐ. ܕܡܦܪܝܢܐ ܕܝܠܗ ܕܗܘ ܡܢ ܕܡܢܟܝܢ ܘܠܐ
ܐܬܐ ܠܥܕܬܐ ܠܟܢܘܫܝܐ ܕܥܡܗ ܠܡܫܡܫܘ
ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܗ ܐܝܟ ܥܝܕܐ. ܘܫܠܡ ܟܠܗ ܥܘܕܪܢܐ
ܐܝܟ ܨܒܝܢܐ.

ܗܘ ܕܝܢ ܕܚܠܒ ܕܗܘܐ ܡܦܪܝܢܐ. ܠܘ
ܠܟܠܗܘܢ ܐܙܠ ܠܐܢܛܝܘܟ. ܐܦܠܐ ܠܡܕܢܚܐ
ܐܬܦܢܝ ܐܠܐ ܠܘܩܕܡ ܠܕܪܡܣܘܩ. ܘܥܡܗ
ܡܘܩܠܝܙ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܕܚܠܒ.
ܘܩܪܒܘ ܕܫܘܚܕܐ ܠܣܘܠܛܢܐ ܘܠܐܡܝܪ̈ܐ. ܘܢܣܒܘ
ܣܝܓܠܘܢ ܠܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܝ.
ܘܟܕ ܐܙܠ ܡܢ ܬܡܢ. ܐܬܐ ܠܡܕܢܚܐ.
ܘܡܪܝܬܐ ܕܚܠܒ ܐܬܝܗܒܬ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܓܘܡܝܐ. ܕܗܘ ܡܬܝ ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܪܝ
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܡܢܝܚܐ. ܢܡܘܣܝ̈ܐ ܕܝܢ ܡܨܪ̈ܝܐ
ܨܒܝܢ ܗܘܘ ܕܢܩܝܡܘܢ ܪܥܝܐ ܠܕܢܝܐܝܠ
ܕܚܒܘܪ ܐܝܟ ܕܥܕܝܠ. ܡܛܠ ܕܝܠܝܦ
ܗܘܐ ܒܝܘܠܦܢܐ ܕܒܪ̈ܝܐ. ܘܡܫܟܚ ܗܘܐ
ܠܡܦܓܥ ܠܡܬܟܫܦܢܐ ܕܛܝܝ̈ܐ. ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܡܛܠ ܢܟܝܠܘܬܗ ܕܗܘ. ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܬܡܢܐ
ܡܪܝܬܐ ܕܐܝܟ ܗܢ. ܘܒܗܕܐ ܥܠܬܐ ܐܬܟܪܝ
ܕܢܝܐܝܠ ܕܘܝܐ ܘܢܦܠ ܒܦܣܩ ܣܒܪܐ
ܘܟܦܪ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܘܐܬܛܝܝ. ܘܗܘܐ
ܐܒܠܐ ܘܚܣܕܐ ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܒܟܠ ܕܘܟ.
ܐܠܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܠܗ ܫܘܒܚܐ ܒܥܓܠ

permissus est ipsi ingressus in magnam eorum ecclesiam. Sedit igitur in throno juxta consuetudinem.

Alepensis autem qui maphrianus creatus fuerat, eos Antiochiam non comitatus est, neque in Orientem se contulit, sed primo ivit Damascum et cum eo Mucliz, Alepi archidiaconus: hi, oblatis soltano ac principibus donariis, obtinuerunt diploma Mar Joanni Barmaadano. Illinc cum discessisset, abiit in Orientem; diœcesis autem Alepensis adjudicata fuit Dionysio Gumiæ, alias Matthæo, Mar Ignatii piæ memoriæ discipulo[1]; illic vero legisperiti Ægyptii volebant pastorem constitui Danielem Chaboræ, utpote qui in scientiis profanis versatus Arabum dialecticis occurrere valeret; sed huic, propter versutiam ejus, Mar Joannes talem diœcesin credere noluit. Hanc ob causam offensus, infelix Daniel in desperationem decidit et, abnegata fide, moslemus factus est. Quod luctu et opprobrio affecit ubique locorum christianos. Sed Deus (ejus gratiæ laus esto!) cito consolatus est populum afflictum et opprobrium a salvatis, salvatis Domini, abstulit. Post paucos enim

[1]) Pag. XXIV monuimus ad episcopos Alepenses in margine Cod. Lond. plerumque adnotationem reperiri. Plures jam, quippe quæ solum nomen indicent, hujusmodi notas omisimus; hic vero in margine legitur : ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܚܠܒ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܓܘܡܝܐ ܕܗܘ ܡܬܝ. ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܗܘ ܪܒܢ ܕܘܝܕ.

« *Episcopus Alepi: Dionysius Gumiæ, cognomine Matthæus, Mar Ignatii alias Rabban Davidis discipulus* »

ܚܡܫܐ ܒܒܝܫܬܐ ܡܟܝܟܐ . ܘܐܙܕܠ ܚܫܝܫܐ ܡܢ ܦܬܝܚܐ ܦܬܘܟܣܕܘܟܝܘܢ ܕܡܟܪܝܗܐ . ܦܣܩ ܫܡܗ ܡܢ ܡܨܥܬܐ . ܘܠܐ ܝܕܝܥ ܗܘ ܕܐܝܟܐ ܐܬܪܗ ܘܐܣܩܘܦܘܢ . ܘܐܦ ܫܡܗ ܐܬܥܩܪ ܘܠܐ ܐܫܬܟܚ ܕܘܟܬܗ .

ܒܪ ܡܥܕܢܐ ܕܝܢ ܟܕ ܢܦܩ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟ ܐܬܐ ܠܚܠܒ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܐܙܠ ܘܝܬܒ ܒܡܪܕܝܢ . ܘܐܬܩܝܡܘ ܐܘܪ̈ܗܝܐ ܟܠܗܘܢ . ܩܫ̈ܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܘܥܡܐ ܐܝܟ ܕܢܒܛܠܘܢ ܣܘܥܪܢܐ ܕܥܒܕ ܗܘ ܕܚܠܒ ܕܗܘܐ ܡܦܪܝܢܐ. ܘܫܕܪܘ ܡܢܗܘܢ ܡܫܡܫܢܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܦܪܓܢܝ. ܕܡܥܠ ܗܘܐ ܠܬܪ̈ܥܐ ܕܫܠܝ̈ܛܢܐ ܘܡܦܩ ܕܐܝܬܝܐ . ܘܐܙܠ ܠܕܪܡܣܘܩ ܘܐܫܬܘܕܝ ܕܗܒܐ ܠܣܘܠܛܢܐ . ܘܢܣܒ ܐܓܪܬܐ ܕܟܪܘܙܘܬܐ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܢܐܬܐ ܘܢܬܝܩܪ . ܘܟܕ ܐܬܐ ܡܫܡܫܢܐ ܗܘ ܘܐܝܬܝ ܐܓܪܬܐ . ܠܐ ܐܡܪܚ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܢܐܬܐ . ܕܚܠ ܗܘܐ ܓܝܪ ܡܢ ܢܳܡܘܣܝ̈ܐ ܐܝܓܘܦܛܝ̈ܐ ܚܒܪ̈ܘܗܝ ܕܒܪ ܡܥܕܢܐ ܗܘܘ ܡܫܬܡܠܝܐܝܬ . ܘܐܡܪ ܕܘܳܠܐ ܠܝ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܩܕܡ ܠܡ ܕܐܙܠ ܕܒܫܘܠܛܢܗ ܐܢܐ . ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܟܢܐ . ܘܐܬܚܙܩ ܘܐܙܠ ܠܐܝܩܘܢܝܘܢ ܠܘܬ ܣܘܠܛܢ ܥܙ ܐܠܕܝܢ . ܘܐܙܠܘ ܥܡܗ ܩܠܘܕܝܢܐ ܗܘ ܕܩܠܘܕܝܐ ܘܗܘ ܕܩܣܪܝܐ . ܘܢܣܒ ܠܗ ܡܢܫܘܪ ܡܫܒܚܐ . ܘܐܓܪܬܐ ܐܚܪܬܐ ܠܘܬ ܡܠܟ ܢܨܪ ܡܪܐ

menses infelix iste misere obiit in xenodochio. Periit nomen ejus, sublatus est e medio, et ignotus est locus ejus.

Barmaadanus autem Antiochia egressus venit Alepum et inde profectus sedem fixit Mardini. Interim spoponderunt Edesseni una omnes, presbyteri, diaconi et populus, se negotium ab Alepensi ad maphrianatum evecto peractum irritaturos. Miserunt igitur ex ipsis diaconum quemdam nomine Phargani, qui ad portas principum ingredi et egredi consueverat. Ille petiit Damascum et, promisso soltano auro, Dionysio litteras proclamationis impetravit, ut *illuc* veniens honore afficeretur; at cum diaconus rediisset epistolamque attulisset, Dionysius ire non est ausus; sibi enim timebat a legisperitis Ægyptiis, Barmaadano addictissimis, et dicebat : « decet me prius ad soltanum Beth-Romæorum pergere, quia in cjus territorio sum; deinde ad alios. » Igitur accinxit se et profectus est Iconium ad soltanum Ezaldinum[1]; ex præsulibus eum comitati sunt Claudianus et Cæsareensis. Obtinuit diploma[2] præclarum aliamque epistolam ad Melek Nazr, Alepi

[1]) De Ezaldino agit Barbebræus in *Chronici* part. I, text. lat. p. 524, sqq.

[2]) ܡܢܫܘܪ *manschur*. Vox arabica, qua designatur genus quoddam diplomatis episcopis a soltanis concedi solitum ut illi munus suum publice exercere possent. Non multum differt a ܛܡܓܐ *sigillio* de quo supra sæpe, et a ܝܪܠܝܟ *jerlikh* seu decreto confirmatorio quod a Tatarorum principibus dabatur.

ܕܣܘܠܛܢ. ܕܢܩܒܠܘܢܗ ܘܢܝܩܪܘܢܗ ܘܟܕ
ܢܦܩ ܡܢ ܐܝܩܘܢܝܘܢ. ܦܓܥܗ ܬܐܘܡܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܚܐܚ ܡܢ ܛܘܪ ܥܒܕܝܢ. ܘܐܡܪ ܕܒܪ ܡܥܕܢܝ
ܩܒܠ ܦܣܩܐ ܠܣܘܠܛܢ ܕܗܘܐ ܠܡܘܬܒܢܐ.
ܘܐܬܟܪܙ ܠܗ ܒܐܬܪܢ. ܘܗܫܐ ܗܐ ܒܡܪܕܝܢ
ܡܬܒܪܝܢ ܘܠܐ ܡܬܒܥܐ. ܘܫܠܝܛܐ ܐܠܨ ܠܢ
ܘܬܒܥ ܕܗܒܐ. ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܕܬܐܬܐ
ܠܐܬܪܢ. ܘܬܟܢܫ ܥܦܐ ܗܘ ܕܗܒܐ. ܘܬܦܪܘܫ
ܡܢܬܐ ܡܢܗ ܠܣܘܠܛܢܐ. ܘܬܬܟܪܙ ܒܟܠܗ
ܛܘܪ ܥܒܕܝܢ. ܕܝܘܢܢܘܣܝܘܣ ܕܝܢ ܠܐ
ܨܒܐ ܕܢܐܙܠ. ܫܕܪ ܠܗܘ ܕܠܩܒܢܝܢ ܕܗܘ
ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܒܪ ܐܗܪܘܢ. ܘܠܥܒܕܐܝܠ
ܕܝܪܝܐ ܒܪ ܐܚܘܗܝ. ܘܐܙܠܘ ܘܐܬܩܒܠܘ
ܫܦܝܪ ܡܢ ܫܠܝܛܐ ܕܐܬܪܐ. ܘܟܪܟܘ ܒܕܝܪܬܐ
ܘܩܘܪܝܐ ܘܟܢܫܘ ܡܟܣܐ ܕܟܣܦܐ ܘܦܪܥܘ
ܠܫܠܝܛܐ. ܘܢܣܒܘ ܡܢܗ ܡܢܫܘܪ ܘܐܬܟܪܙ
ܕܝܘܢܢܘܣܝܘܣ. ܘܗܦܟܘ ܐܬܘ ܠܥܘܡܪܐ.

ܗܝܕܝܢ ܐܘܪܗܝܐ ܫܕܪܘ ܬܘܒ ܠܦܪܓܢܝܘܣ
ܠܕܪܡܣܘܩ. ܘܐܡܪ. ܕܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ. ܐܢ ܠܐ ܐܢܫ ܐܝܟ ܡܝܩܪܐ
ܡܛܠܗ ܠܐ ܐܬܐ. ܘܦܩܕ ܣܘܠܛܢܐ. ܘܐܫܬܕܪ
ܐܝܟ ܦܪܫܐ ܡܢ ܪ̈ܒܝܐ ܕܐܒܘܗܝ.
ܘܐܬܐ ܠܥܘܡܪܐ. ܘܢܣܒܗ ܠܕܝܘܢܢܘܣܝܘܣ ܘܥܡܗ
ܐܢ̈ܫܝܢ ܡܢ ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܘܪ̈ܝܫܕܝܪܐ ܘܐܙܠܘ
ܠܕܪܡܣܘܩ. ܘܐܫܟܚܘ ܐܘܢ ܒܥܕܬܐ ܕܝܠܢ
ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ. ܘܝܬܒܘ ܬܡܢ ܟܠܗܘܢ ܝܘ̈ܡܬܐ
ܕܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ. ܘܟܠ ܝܘܡ ܡܐܟܘܠܬܐ
ܡܫܬܕܪܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܦܠܛܝܢ
ܕܡܠܟܘܬܐ. ܡܛܠ ܣܓܝܐܐ. ܡܟܝܠ ܕܟܠܗ

principem, ut ab eo honorifice susciperetur. Egresso illi ex Iconio occurrit Thomas, præsul Hahæ, Turabdinensis, qui dixit : « Barmaadanus promisit aurum soltano et proclamatus est in regione nostra; ecce nunc Mardini sedet et *pecuniam* non quærit. Interim præfectus cogit nos aurumque exigit. Rogamus igitur ut venias in regionem nostram, duplnm auri colligas e quo partem soltano tribuas et in toto Turabdino proclameris. » Dionysius autem ire nolens, misit Lacabenensem, Gregorium nempe Aaronis filium, et Abdaëlem monachum, suum e fratre nepotem, qui cum advenissent egregie excepti fuerunt a loci præfectis. Circumeuntes porro monasteria et pagos collegerunt pecuniæ summam, eam præfecto pependerunt et ab illo obtinuerunt diploma. Proclamato igitur Dionysio, reversi sunt ad cœnobium.

Tunc Edesseni Damascum rursus miserunt Pharganium, qui dixit : « iste Beth-Romæorum patriarcha, nisi eum vir quidam honorabilis adierit, non veniet. » Jubente igitur soltano missus est eques e præcipuis patris ejus administris, qui ad cœnobium venit, Dionysium assumpsit et una cum eo nonnullos e præsulibus et archimandritis. Hi perrexerunt Damascum, atque in ecclesia nostra Syrorum habitationem nacti, illic toto jejunii quadragesimalis tempore remanserunt. Prandium illis quotidie e palatio regio dabatur, idque abundantissime et quamdiu illic perman-

ܐܡܠܟܘ. ܘܟܕ ܗܘܐ ܐܟܪܐ ܘܐܬܩܪܝ ܦܛܪܝܪܟ
ܕܢܐܙܠ ܠܘܬ ܣܘܠܛܢܐ. ܕܒܪ ܥܡܗ
ܠܐܦܝܣܩܦܐ ܕܐܫܬܟܚܘ. ܗܘ ܕܩܣܪܝܐ. ܘܗܘ
ܕܕܪܡܣܘܩ. ܘܗܘ ܕܡܒܘܓ ܘܗܘ ܕܠܩܒܝܢ.
ܘܫܡܥܘܢ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܒܪܨܘܡܐ. ܘܟܕ ܩܪܒ
ܣܘܠܛܢܐ ܠܦܛܪܝܪܟ ܡܢ ܩܪܝܒ ܠܘܬܗ.
ܘܠܐܦܝܣܩܦܐ ܝܗܒ ܝܡܝܢܗ. ܘܐܘܬܒ ܐܢܘܢ
ܩܕܡܘܗܝ. ܘܫܐܠ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܝܟܢ ܐܢܬ
ܡܢ ܥܡܠܐ ܕܐܘܪܚܐ. ܘܟܠܗ ܡܕܡ ܡܫܬܟܚܝܢ.
ܘܦܛܪܝܪܟ ܒܪܟ ܠܗ ܠܘܩܒܠܗ. ܡܨܥܐ ܗܘܐ ܕܝܢ
ܬܘܪܓܡܢܐ ܒܝܬ ܣܘܠܛܢܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ. ܗܘ
ܕܠܩܒܝܢ. ܘܐܦܩ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܟܬܒܐ
ܕܣܘܠܛܢܐ ܥܙ ܐܠܕܝܢ ܘܐܘܫܛܗ ܠܘܬܗ
ܕܓܒܪܐ ܗܘ ܕܩܐܡ ܩܕܡ ܡܠܟ ܢܨܪ. ܘܟܕ ܩܪܝܗ
ܘܦܪܫܗ ܘܐܡܪ ܚܕܝ ܠܒܟ. ܠܐ ܬܚܙܐ ܡܢܢ
ܡܕܡ. ܐܠܐ ܐܝܩܪܐ. ܬܘܒ ܐܦܩ ܐܦ
ܠܟܬܒܐ ܕܒܐܫܘܢܘܝܢ ܪܝܫ ܚܝܠܘܬܐ
ܕܛܛܪܝܐ. ܗܘ ܕܢܣܒ ܗܘܐ ܠܗ ܩܝܪ
ܡܝܟܐܝܠ ܐܣܝܐ ܒܪ ܓܒܪܐܝܠ ܕܡܢ
ܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܟܕ ܚܙܝܗ ܣܘܠܛܢܐ ܠܘܬ
ܦܢܝܐ ܐܬܚܠܦ ܦܪܨܘܦܗ. ܘܠܐ ܡܨܐ
ܐܬܡܨܝ ܠܡܬܠܥܠܥ. ܠܐ ܕܛܒ ܘܠܐ ܕܒܝܫ.
ܡܚܕܐ ܐܡܪܘ ܥܠܝ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ
ܣܘܠܛܢܐ ܠܦܛܪܝܪܟ. ܩܘܡ ܗܫܐ. ܣܦܩ.
ܢܦܩܘ، ܘܢܦܩ ܦܛܪܝܪܟ ܘܐܦܝܣܩܦܐ ܡܢ ܬܡܢ

serunt. Porro facta opportunitate, vocatus est patriarcha ut soltanum adiret et assumpsit secum præsules præsentes, Cæsareensem nempe, Damascenum, Mabugensem, Lacabenensem et Simaan, cœnobii archimandritam. Soltanus autem patriarcham ad se accedentem, amplexatus est, episcopis vero dextram porrexit, eosque coram se sedere jussit patriarchamque interrogavit : « Quomodo te habes ex itineris defatigatione? Num tibi *necessaria adsunt* in hospitio tuo?» Patriarcha autem ei vicissim bene precatus est, interprete soltanum inter et patriarcham *episcopo* Lacabenensi. Eduxit porro patriarcha scriptum soltani Ezaldin illudque viro adstanti coram Malec Nazr porrexit : quod cum iste aperuisset et legisset, dixit : « macte animo! nihil a nobis nisi honorem experieris. » Tum *patriarcha* insuper produxit scriptum Baschunvini[1], militiæ Tatarorum præfecti quod ipsi medicus Kir[2]-Michaël, Gabræ filius, Melitinensis, impetraverat; quo viso, soltani vultus immutatus est nec quidpiam boni vel mali ultra balbutire valuit. Illico qui adstabant soltani satellites patriarchæ dixerunt : « modo surge, satis est. » Exierunt igitur patriarcha et præsules mœrore

[1]) In codd. Cantabr. et Oxon. ܒܫܘܢܩܝܢ *Baschunkin*; in *Chronici* I part., p. 521, ܒܫܘ ܢܘܝܢ quod Bruns et Kirsch *Baschu Nowain* reddunt, vel brevius ܒܫܘ *Baschu*. Assemanus, *Bibl. or.*, II, 377 videtur legisse cum codice Londinensi ܒܫܘܢܘܝܢ, non vero ܒܫܘܢܩܝܢ, quum latine scribat *Basanvinum*.

[2]) ܩܝܪ *Kir* videtur esse Græcum Κύριος.

ܠܗܘܢ ܘܡܬܟܡܪܝܢ. ܕܢܚܘܘܢ ܠܟܬܒܐ
ܕܛܛܪܝܐ ܗܘ.

ܘܟܕ ܓܝܪ ܥܘܟܒܗܘܢ ܒܗ ܒܕܪܡܣܘܩ.
ܘܠܐ ܡܬܦܢܝܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ. ܐܦܠܐ ܗܢܘܢ ܣܒܪܐ
ܦܣܩܝܢ ܗܘܘ. ܩܪܒ ܚܕ ܢܡܘܣܝܐ ܐܝܟ
ܐܝܓܘܦܛܝܐ ܕܫܡܗ ܡܟܝܢ ܒܪ ܥܡܝܕ ܠܘܬ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܕܫܪܪܐ ܕܥ ܐܘ ܐܒܘܢ
ܕܠܐ ܫܦܝܪ ܗܘܐ ܡܬܬܝܬܟ ܕܗܪܟܐ. ܡܛܠ
ܕܨܥܪܐ ܠܐ ܙܥܘܪܐ ܗܘܝܢܢ ܠܛܝܝ̈ܐ.
ܕܡܢܝܕܝܢ ܥܠܝܢ ܪ̈ܫܝܗܘܢ ܘܐܡܪܝܢ:
ܕܗܐ ܪ̈ܫܝ ܬܘܕܝܬܟܘܢ ܕܫܘܝܛܘܬܗ ܕܥܠܡܐ
ܘܡܫܪܪܘܬܐ ܡܫܒܚܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܥܠ
ܪܝܫܢܘܬܐ ܕܙܒܢܐ ܚܪܝܢ ܚܕ ܥܡ ܚܕ. ܘܡܢ
ܗܕܐ ܐܦܠܐ ܛܒ ܠܢ ܕܐܙܠܬ ܡܢ ܗܪܟܐ
ܫܝܛܐ. ܟܕ ܠܐ ܡܬܥܒܕܐ ܨܒܘܬܐ ܕܡܛܠܬܗ
ܐܬܝܬ. ܘܗܘܝܐ ܝܬܝܪ ܫܝܛܘܬܢ ܡܬܛܦܫܝܢ.
ܘܡܛܠ ܕܐܟܪܝܬܗ ܠܥܠܝܡܐ ܗܢܐ
ܕܐܟܬܝ ܠܫܘܠܛܢ. ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܐܠܐ
ܟܕ ܕܬܪܥܝܘܗܝ ܐܠܐ ܒܣܘܓܐܐ ܕܕܗܒܐ
ܕܪܚܡ ܐܝܬ. ܡܛܠ ܕܪܚܡ ܕܗܒܐ ܣܓܝܐܐ
ܗܘ. ܘܐܡܪ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܣܒܐ ܡܟܝܢ.
ܠܐܠܗܐ ܘܠܟ ܐܫܠܡܬܗ ܠܣܘܥܪܢܐ ܗܢܐ. ܕܒܪ
ܐܝܟ ܕܝܕܥ ܐܢܬ ܘܠܐ ܬܫܐܠܢܝ. ܗܝܕܝܢ
ܐܙܠ ܡܟܝܢ. ܘܪ̈ܥܝܗ ܠܫܘܠܛܢ ܒܥܣܪܝܢ
ܘܫܒܥܐ ܐ̈ܠܦܝܢ ܕܝܢܪܐ. ܕܢܦܪܘܥ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܚܠܒ ܦܘܪܥ ܦܘܪܥ. ܘܟܕ ܢܣܒ ܡܠܟ
ܢܨܪ. ܝܗܒ ܠܗ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܢܫܘܪ

tristitiaque affecti quod istius Tatari scriptum exhibuissent.

Quum vero mora eorum Damasci protraheretur quin aut ipsis responsio daretur, aut ipsi spem abjicerent, magister quidam jurisperitorum Ægyptius, nomine Makhin Bar Amid[1], patriarcham adiit dicens : « scias, o pater, revera tuum huc adventum nobis minime placuisse, eo quod opprobrio non minimo facti sumus Arabibus, qui de nobis capita movent dicentes : « ecce religionis vestræ principes, quorum mundi contemptum abnegationemque laudatis, propter principatum temporalem se invicem demoliuntur. » Aliunde tamen nobis gratum nequaquam foret si ex hoc loco contemptus abires, infecta re propter quam venisti, ne magis ac magis contundamur. Quia autem hunc juvenem, videlicet soltanum, offendisti, nulla alia re quam auri copiam solvendo eum placare poteris, quippe qui pecuniæ est amantissimus. » Respondit patriarcha seni Makhino : « Deo et tibi rem committo : age juxta tuam prudentiam, nec me interroges. » Tunc abiens Makhin placatum reddidit soltanum viginti septem millibus alborum, quos patriarcha Alepi successive solveret. Quibus acceptis, Melek Naer Dionysio dedit præclarum diploma ut in tota ditione susciperetur ac proclamaretur. Hic itaque Da-

[1]) *Machin* Elmacinum intelligit Homaidi filium, Saracenicæ historiæ scriptorem, cujus alterum tomum in latinum sermonem conversum Thomas Erpenius publicavit, quum prior tomus adhuc ineditus sit. Ita Assemanus, *Bibl. or.*, II, 377, not. 2.

ܢܦܩ ܠܚܠܒ ܐܬܐ ܘܠܩܠܥܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܘܐܙܠ .
ܘܩܒܠܗ ܡܢ ܕܐܪܡܢܝܐ . ܘܐܬܐ ܠܩܠܥܐ .
ܘܡܢ ܣܓܝ ܐܝܩܪܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܪܡܢܝܐ .
ܘܐܬܦܢܝ ܡܢ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܕܐܪܡܢܝܐ . ܐܠܐ
ܡܩܠܣܝܢ ܠܐ ܐܨܛܒܝܘ ܒܢܝ ܝܫܘܥ ܩܫܐ .
ܐܡܪܝܢ ܕܝܗܒܢ ܐܝܕܐ ܠܒܪ ܡܥܕܢܐ ܡܫܒܚܝܢ
ܡܠܟܢ . ܐܦܠܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܠܨ ܐܢܘܢ ܕܢܩܪܘܢ
ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ . ܘܟܕ ܗܘ ܒܩܠܥܐ ܪܗܘܡܝܬܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ . ܫܕܪ
ܘܙܝܪܐ ܕܚܠܒ ܐܣܦܣܠܪܐ ܥܠܘܗܝ .
ܕܢܬܒܥ ܕܗܒܐ ܕܚܝܒ ܗܘܐ . ܘܟܪܝܐ
ܐܝܬ ܠܥܝܢܝ̈ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܐܪܡܢܝܐ . ܘܟܕ
ܐܬܐ ܠܚܠܒ ܝܗܒ ܡܛܪܢܘܬܐ ܕܚܠܒ
ܠܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܠܩܒܢܝ ܕܗܘ ܒܪ ܐܗܪܘܢ .
ܘܐܬܩܪܒܘ ܗܘ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܗܘܐ ܠܚܠܒ . ܘܗܘ
ܕܕܪܡܣܘܩ . ܘܫܡܫܐ ܗܘ ܐܘܪܗܝܐ ܦܪܓܢܝܐ .
ܘܥܒܕܘ ܥܪܒܘܬܐ ܗܘ ܠܫܠܡܘܬܗܘܢ ܐܝܟܢܐ
ܕܢܬܠܘܢ ܒܥܕܢܗܘܢ ܠܕܗܒܐ . ܘܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܢܦܩ ܘܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܣܠܩ
ܠܥܘܡܪܐ .

masco egressus Alepum petiit et ex Alepo in Castrum Romanum se contulit, *ubi* honorifice exceptus fuit a patriarcha Armenorum; verum filii Josue presbyteri eum proclamare noluerunt, dicentes : « nos Barmaadano fidem dedimus; » neque eos compulit catholicus ad Dionysium proclamandum. Dum autem erat in Castro Romano Dionysius patriarcha, vezirus Alepi contra eum misit satellites, ut ad solvendum aurum debitum adveniret; quod eum oculis catholici et Armenorum depressit. Cumque Alepum venisset, Alepensem diœcesin adjudicavit Gregorio Lacabenensi, Aaronis filio. Accesserunt autem *recens* creatus episcopus Alepensis, et Damascenus, necnon diaconus Edessenus Pharganus, atque hi tres spoponderunt se simul aurum soluturos. Dionysius vero profectus est et concessit Edessam, atque hinc ad cœnobium *Barsumæ* ascendit.

ܘܟܕ ܗܘ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܒܚܠܒ ܝܬܒ ܗܘܐ ܡܕܡ .
ܐܬܐ ܨܠܝܒܐ ܡܦܪܝܢܐ ܡܢ ܡܕܢܚܐ . ܘܟܬܫ
ܒܚܠܒ ܚܕ ܣܬܘܐ . ܘܐܬܦܢܝ ܘܐܙܠ
ܠܕܪܡܣܘܩ . ܘܝܗܒ ܐܝܟ ܗܘ ܕܝܗܒ
ܕܗܒܐ ܠܫܠܝܛܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܘܢܣܒ
ܦܘܩܕܢܐ ܕܢܬܦܢܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ .
ܘܢܬܩܪܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܐ . ܘܗܦܟ
ܐܬܐ ܠܚܠܒ . ܘܝܬܒ ܒܥܕܬܐ ܕܒܗ .
ܘܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܝܬܒ ܒܒܝܬܐ ܕܐܒܘܗܝ ܗܘ
ܕܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ ܣܓܝ ܐܬܐ ܗܘܐ ܘܡܥܡܪ

Quum autem Gregorius jam ab aliquo tempore Alepi sederet, venit ex Oriente Saliba maphrianus et una hieme Alepi commoratus est; porro inde profectus Damascum petiit et tantum auri obtulit quantum obtulerat Dionysius, atque obtinuit diploma quo deponeretur Dionysius et proclamaretur Mar Joannes Barmaadanus. Deinde Alepum reversus est, ubi in ecclesia consedit. Gregorius autem commoratus est in domo patris sui qui e Melitina nuper advenerat et Alepi

ܟܬܪ. ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܣܠܩ ܠܥܘܡܪܐ
ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܫܕܪ ܡܦܪܝܢܐ ܠܘܬ ܒܪ
ܡܥܕܢ. ܕܢܐܬܐ ܠܣܘܪܝܐ ܘܢܦܪܘܥ ܕܗܒܐ
ܕܐܬܬܣܝܡ ܠܗܘܢ. ܘܗܘ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܐܦܠܐ ܥܠ ܡܐܬܝܐ ܘܥܠ ܕܗܒܐ. ܘܠܐ
ܦܪܥ ܛܝܒܘܬܐ ܕܡܦܪܝܢܐ ܥܒܕ ܕܠܥܠܘܗܝ.
ܘܟܕ ܐܬܐܠܨ ܡܦܪܝܢܐ ܡܢ ܬܒܘܥܐ. ܫܕܪ
ܠܘܬ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܢܐܬܐ ܠܡܦܪܘܥ. ܘܐܠܐ.
ܢܘܕܥ ܐܝܕܐ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܘܢܫܠܡ ܠܗ.
ܘܐܦ ܗܘ ܡܦܪܝܢܐ ܒܦܪܨܘܦܗ ܥܒܪ ܕܢܫܪܪ
ܠܗܠܝܢ ܠܘܬ ܒܪ ܡܥܕܢ ܘܢܫܡܥ
ܦܘܢܝܗ. ܘܟܕ ܡܛܐ ܡܦܪܝܢܐ ܠܒܠܫ
ܡܕܝܢܬܐ. ܕܥܠ ܓܢܒ ܦܪܬ. ܦܓܥ ܒܗ
ܒܪ ܡܥܕܢ ܕܐܙܠ ܗܘܐ ܠܣܘܪܝܐ. ܘܗܦܟ
ܥܡܗ ܠܚܠܒ. ܘܝܙܦ ܗܘ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܕܗܒܐ ܒܝܙܦܬܐ ܡܢ ܬܐܓܪܐ ܐܚܕ ܟܘܫܝܐ
ܪܚܡܗ ܕܫܡܗ ܡܝܟܐܝܠ. ܘܦܪܥ ܡܕܡ
ܕܩܒܠ ܗܘܐ ܠܥܠܘܗܝ ܡܦܪܝܢܐ.

ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܬܚܪܒ ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ
ܕܙܘܢܝܩܪܛܐ ܗܘ ܕܚܕܬܗ ܗܘܐ ܫܡܥܘܢ ܐܣܝܐ
ܚܣܢܝܐ ܥܢܝܕ ܛܒܐ. ܒܪܐ ܓܝܪ ܚܕ
ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܒܝܫܐ ܘܦܪܘܚܐ ܕܫܡܗ ܡܝܟܐܝܠ.
ܘܗܘ ܡܥܨܒ ܗܘܐ ܠܕܝܪܝܐ ܒܡܟܣܘܗܝ
ܣܓܝܐܬܐ. ܘܟܕ ܕܡܐܣܝܢ ܠܗ ܒܗ.
ܘܐܬܥܣܩܘ ܐܙܠ ܗܘ ܠܘܬ ܪܘܟܢ ܐܠܕܝܢ
ܣܘܠܛܢܐ. ܘܐܬܚܢܦ. ܘܢܣܒ
ܦܘܩܕܢܐ ܕܢܦܩ ܕܝܪܝܐ ܡܢ ܕܝܪܐ

manebat; paulo post ascendit in cœnobium ad patriarcham. Maphrianus autem misit ad Barmaadanum ut veniret in Syriam aurúmque sibi impositum solveret; at Mar Joannes et venire et aurum *solvere* abnuit, nec ullas maphriano pro eo quod fecerat grates habuit. Maphrianus autem pressus ab exactoribus misit ad Mar Joannem ut ad solvendum adveniret, addens se alioquin manum daturum Dionysio eique assensurum; præterea maphrianus ipse personaliter profectus est ut Barmaadano hæc assereret ejusque responsum audiret. Ast cum maphrianus pervenisset in urbem Balasch[1] ad ripas Euphratis, occurrit ei Barmaadanus in Syriam pergens, atque una cum illo Alepum reversus est. Porro Mar Joannes aurum mutuo sibi comparavit a mercatore quodam Æthiope, amico suo, nomine Mitcaël, et quod in se maphrianus susceperat ipse exsolvit.

Eo tempore vastatum fuit cœnobium Mar Cyriaci Zonicratæ[2] quod instauraverat Simeon medicus Hesnensis piæ memoriæ. Quippe erat illi filius nequam et prodigus, nomine Michaël, qui exactionibus suis plurimum vexabat monachos. Cumque hi eum fastidio haberent atque aversarentur, ille perrexit ad Rukn-Aldin soltanum et moslemus factus est. Mox obtinuit decretum, quo expelleret monachos e monasterio patris sui

[1]) ܒܠܫ *Balasch* urbs eadem esse videtur cum ea quæ supra col. 250 scribitur ܒܠܣ *Balas*.

[2]) Situm erat istud monasterium in regione Castri Zaid. Cfr. supra 616.

ܕܐܟܘܡܐ . ܘܥܡܡܐ ܛܦܫܐ ܢܩܝܡ ܚܠܦܝܗܘܢ .
ܘܟܕ ܐܬܐ ܠܚܨܢܐ ܙܝܕ ܟܢܫ ܓܝ̈ܣܐ ܡܢ ܛܝ̈ܝܐ
ܠܣܛܝ̈ܐ ܘܐܙܠ ܠܗ ܥܡܗܘܢ ܠܕܝܪܐ ܕܒܪܨܘܡ
ܒܪܨܘܡܐ ܘܟܒܫܗ ܥܪܘܒܬܐ ܕܡܫܬܠܡ ܒܗ ܨܘܡܐ.
ܘܒܬܪ ܣܓܝ̈ܐ ܒܝ̈ܫܬܐ ܕܐܚܘܝ ܠܕܝܪ̈ܝܐ .
ܐܦܩ ܐܢܘܢ ܥܪ̈ܛܠܝܐ ܘܚܦ̈ܝܝܐ . ܘܫܩܠ ܟܠܗ
ܩܢܝܢܗ ܕܥܘܡܪܐ . ܘܨܒ̈ܘܬܐ ܝܩܝ̈ܪܬܐ ܕܗܝܟܠܐ
ܡܢ ܨ̈ܠܝܒܐ ܘܟ̈ܣܐ ܘܦܝ̈ܢܟܐ ܘܓܠܘܣ̈ܩܡܐ
ܘܟܬ̈ܒܐ ܡܫܒ̈ܚܐ . ܘܗܦܟ ܐܬܐ ܠܚܨܢܐ ܕܙܝܕ .
ܘܟܬ̈ܒܐ ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܕܚܨܢܐ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܕܚܨܢܐ ܙܒܢ ܐܢܘܢ ܡܢܗ ܕܥܘܠܐ .
ܘܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܨܘܪ̈ܬܐ ܡܨܒܬܐ ܕܪܫܝܡ
ܪܒܢ ܙܒܝܢܐ ܡܨܒܬܐ ܕܪܫܝܡ ܒܐܝܕܗ
ܗܘ ܩܕܝܫܐ . ܘܗܘ ܝܗܒܗ ܠܥܕܬܐ ܕܬܒܪܝܙ
ܗܘ ܕܝܢ ܥܘܠܐ ܒܗ ܫܢܬܐ ܕܐܣܟܠ ܘܥܒܕ .
ܡܢ ܠܐ ܡܣܝܒܪܢܘܬܗ ܕܟܐܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܦܪܥܗ
ܟܦܘܠܚܢܗ . ܒܩܝܛܐ ܓܝܪ ܕܝܘܡ̈ܬܐ ܟܕ ܐܬܐ
ܫܪܦ ܐܠܕܝܢ ܒܪ ܫܝܟ ܥܕܝ ܠܥܘܕܪܢܐ
ܕܥܙܐܠܕܝܢ ܣܘܠܛܢܐ . ܒܢ̈ܝ ܚܨܢܐ ܡܛܠ
ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܠܘܬ ܪܘܟܢ ܐܠܕܝܢ ܡܘܡܬܐ ܗܘܘ ܢܛܝܪܝܢ
ܠܦܘܩܕܢܗ ܕܝܠܗ . ܘܒܗ ܒܩܪܒܐ ܐܫܬܟܚ
ܗܘ ܥܘܠܐ ܡܝܟܐܝܠ ܕܐܬܚܢܦ . ܘܐܬܩܛܠ .
ܘܗܟܢܐ ܒܬܪ ܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ . ܗܘܬ ܚܪܬܗ
ܠܐܒܕܢܐ ܘܕܘܟܪܢܗ ܠܠܘܛܬܐ .

ܘܒܗ ܙܒܢܐ ܐܬܐ ܐܝܠܟܝܐ ܡܢ ܛܛܪ̈ܝܐ
ܐܢܫ ܢܣܛܘܪܝܢܐ ܕܫܡܗ ܐܝܫܘܥ ܠܒܝܬ

et eorum loco amentes collocaret. Ubi autem Castrum *Zaidi* pervenit, coegit turmas Arabum prædonum et ad monasterium perrexit illudque occupavit feria sexta, qua completur dominicum jejunium quadragesimale. Postquam vero sævitias multas monachis intulisset, eos exire fecit expulitque nudos et discalceatos; cœnobii universas facultates abstulit resque templi pretiosas : cruces, calices, patenas, arcas, codices magnificos. Deinde reversus est in Zaidi Castrum. Codices tamen sanctus Castri præsul Dionysius a viro isto sacrilego redemit; Evangelium autem picturis decoratum, a Rabban Zebino exaratum, idem ille præsul sacræ Taurizi ecclesiæ donavit. Eodem autem anno, quo hæc sacrilegus iste patraverat, id est anno Græcorum 1568 (*Christi* 1257), justitia divina eum non *amplius* tolerans mala ipsi retribuit. Etenim æstatis diebus, quum venisset Scharaph-Aldin Bar-Scheik Adi in auxilium soltani Ezaldini, incolæ Castri, quia Rukn-Aldino juramento se obstrinxerant, in prælium contra illum processerunt[1]. Huic prælio interfuit sacrilegus ille Michaël qui islamismum amplexus erat et occisus est. Sic igitur post breve tempus finis ejus in interitum fuit et memoria in execrationem.

Eo tempore venit in Beth-Romæam a Tataris legatus vir quidam Nestoria-

[1]) Hæc fusius describit Barhebræus in *Chronici* part. I, text. syr. 522, vers. lat. 543.

ܡܘܒܐܪܟ ܠܡܦܩ ܩܘܕܡܝܗ . ܢܦܩ ܐܙܠ
ܠܣܘܪܝܐ ܥܠ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ
ܥܒܕܗ ܠܐܘܪܚܗ · ܘܦܓܥ ܒܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܘܐܫܬܘܕܝ ܕܐܙܠ ܠܘܬ ܡܠܟ ܢܙܪ ܘܡܬܥܒܕ
ܣܘܥܪܢܗ . ܘܫܡܥ ܒܪ ܡܥܕܢܝ . ܘܠܐ ܨܒܐ
ܕܢܩܘܐ ܒܣܘܪܝܐ ܕܠܡܐ ܢܘܫܛܘܢ ܥܠܘܗܝ
ܐܝܕܝܐ ܛܘܠܡܢܝܬܐ ܕܬܬܪ̈ܝܐ. ܐܠܐ ܥܠ ܠܩܝܠܝܩܝܐ
ܘܐܬܩܒܠ ܒܐܝܩܪ ܡܢ ܡܠܟܐ ܗܝܬܘܡ ·
ܘܐܬܝܗܒܬ ܠܗ ܚܕ ܩܪܝܬܐ · ܘܝܬܒ
ܒܕܝܪܘܢܝܬܐ ܕܥܠ ܝܕ ܣܝܣ . ܘܐܙܠ
ܗܘ ܐܝܙܓܕܐ ܠܘܬ ܡܠܟ ܢܙܪ. ܘܠܐ ܐܫܟܚ
ܠܡܒܛܠܘ ܟܪܘܙܘܬܗ ܕܒܪ ܡܥܕܢܝ ·

ܘܫܢܝ ܘܐܙܠ . ܘܒܫܢܬܐ ܐܚܪܬܐ ܐܬܐ ܩܝܪ
ܡܝܟܐܝܠ ܐܣܝܐ ܒܪ ܓܒܪܐ ܠܚܪܢ . ܘܫܠܚ
ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܗܐ ܐܢܐ ܐܝܙܓܕܐ ܠܘܬܗ
ܕܡܠܟ ܢܙܪ · ܡܛܠ ܗܢܐ ܫܕܪ ܚܕ ܡܢ
ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܝܟ ܕܢܐܬܐ ܥܡܝ ܘܢܬܒܛܠ · ܘܟܕ
ܫܡܥ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܫܕܪ ܠܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܚܠܒ .
ܗܘ ܕܟܕ ܐܬܢܣܒܬ ܡܢܗ ܡܪܥܝܬܐ
ܠܘܬܗ ܐܬܐ ܠܥܘܡܪܐ . ܘܐܙܠ ܗܘ ܐܦܣܩ
ܘܐܕܪܟܗ ܠܐܣܝܐ ܐܝܙܓܕܐ ܒܐܘܪܚܐ . ܘܐܙܠ
ܥܡܗ ܠܕܪܡܣܘܩ . ܘܐܫܟܚ ܗܘ ܩܝܪ
ܡܝܟܐܝܠ ܦܘܩܕܢܐ ܚܕܬܐ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ·
ܘܝܗܒܗ ܠܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܘܢܣܒ ܐܬܐ ܠܚܠܒ .
ܘܥܠ ܠܥܕܬܐ ܘܫܪܝ ܫܠܝܛ ܥܠ
ܡܪܥܝܬܐ . ܘܐܝܓܢܛܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܟܕ ܫܡܥ
ܗܕܐ ܕܫܪܝܪܬ ܫܘܠܛܢܗ ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܢܦܩ ܡܢ ܚܠܒ ܘܐܙܠ ܠܛܪܝܦܘܠܝܣ .
ܘܦܪܣ ܥܠܘܗܝ ܩܠܐ . ܕܠܐ ܨܒܐ ܥܘܕ
ܕܢܦܠܘܚ ܪܫܘܬ ܟܗܢܘܬܐ ܠܐ ܒܡܕܢܚܐ

nus, nomine Amin-Addin-Mobarach, qui in Syriam tendens, iter suum fecit per monasterium Mar Barsumæ, atque obvium habuit Dionysium: huic promisit aditurum se Malek-Nazrum atque ejus negotium tractaturum. Quo audito, Barmaadanus in Syria remanere noluit ne ipsi violentas manus Tatari injicerent, sed in Ciliciam concessit, ubi honorifice susceptus fuit a rege Haytum qui dedit ei villam: commoratus est in parvo cœnobio juxta Sisidem. Pervenit autem legatus ad Malek-Nazrum, sed non potuit irritam reddere Barmaadani proclamationem, atque *inde* discedens profectus est. At vero sequente anno, medicus Kir-Michaël, Gabræ filius, venit in Haran et Dionysio *hæc* significavit: « ecce ego legatus tendo ad Malek Nazr; quapropter mitte unum ex tuis præsulibus, qui veniat mecum et tui sollicitus sit. » Quod cum audiisset Dionysius, misit Gregorium Alepi, qui, postquam sua ipsi ablata fuisset diœcesis, ad Dionysium in cœnobium concesserat. Is igitur præsul profectus medicum legatum assecutus est in via et cum eo Damascum petiit. Obtinuit autem Kir-Michaël Dionysio novum diploma illudque tradidit Gregorio. Is accepit, Alepum venit, in ecclesia sedit atque potestatem in diœcesim exercuit; Ignatius vero maphrianus, statim ac audivit res Dionysii esse firmatas, Alepo exivit ac Tripolim concessit, rumorem de se spargens se nolle amplius pontificatum sive in Oriente sive in Occidente exercere, sed tantum ex

ܐܦܠܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܐܠܐ ܡܢ ܐܣܝܘܬܐ ܕܢܐܚܐ.
ܘܟܕ ܫܪܝ ܠܡܥܠ ܘܠܡܦܩ ܒܡܪ̈ܥܐ
ܕܡܪܥܐ . ܘܩܪܒ ܠܡܒܣܪܘ ܐܣܟܡܐ .
ܫܢܝܗ ܐܠܗܐ ܡܢ ܚܝ̈ܐ ܕܙܒܢܐ . . ܒܟܘܪ
ܟܘܪܗܢܐ ܚܪܝܦܐ ܕܓܕܫ ܠܗ . ܘܒܥܪܘܒܬܐ
ܕܫܒܐ ܥܢܕ . ܘܐܬܠܘܝܘ ܒܐܝܩܪܐ ܡܢ
ܕܝܪ̈ܝܐ ܘܩܫ̈ܝܫܐ ܦܪ̈ܢܓܝܐ ܘܕܝܠܢ ܘܐܬܩܒܪ
ܒܥܕܬܐ ܕܡܪܝ ܒܗܢܡ . ܗܘ ܕܝܢ
ܗܢܐ ܚܟܝܡ ܛܒ ܗܘܐ ܐܣܝܘܬܐ ܘܒܟܬܒ̈ܐ
ܦܝܠܣܘ̈ܦܐ ܡܬܕܪܫܢܐ . ܘܒܣܝܡ ܗܘܐ
ܠܟܠܢܫ ܕܡܫܬܥܐ ܠܗ ܡܟܠܡܐ . ܐܠܐ
ܒܣܕܩܐ ܗܢܐ ܕܥܒܕ . ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܬܟܣܣ .
ܡܛܠܬ ܕܦܪܥܗ ܒܝ̈ܫܬܐ ܠܓܒܪܐ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܕܪܒܝܗ ܒܩܠܝܬܗ ܘܐܠܦܗ ܡܢ ܛܦܪ̈ܐ
ܙܥܘܪ̈ܬܐ .

medicina vivere. Sed cum cœpisset ad ægrotos sese passim conferre et in eo esset ut habitum dehonestaret, Deus eum e vita temporali migrare fecit per acutum quod ei contigit morbum. Obiit feria quarta, ejusque exequiæ cum honore celebratæ sunt a monachis ac presbyteris Francis et nostratibus. Sepultus autem fuit in ecclesia Mar Behnam. Porro rem medicam optime noverat; in libris philosophorum versatus, conversatione amœnus, omnibus gratus erat; verum ob schisma quod fecerat ab omnibus reprehensus fuit, eo præsertim quod mala retribuerit Dionysio, qui eum in sua cella educaverat atque a teneri ungue edocuerat.

ܘܗܟܢܐ ܟܕ ܐܫܬܪܪܬ ܪܫܢܘܬܗ ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܒܟܠܗ ܣܘܪܝܐ ܘܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܠܐ ܫܒܩܗ
ܐܠܗܐ ܕܢܬܢܝܚ . ܡܛܠܗ ܕܠܐ ܡܟܝܠ
ܗܠܟ ܩܕܡܘܗܝ . ܥܒܕ ܠܗ ܓܝܪ ܥܩ̈ܬܐ
ܨܠܝܒܐ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܒܪ ܚܠܗ . ܗܢܐ ܐܬܒܥܐ
ܡܢܗ ܕܢܬܠ ܠܗ ܪܝܫܕܝܪܘܬܐ ܕܥܣܪ
ܫ̈ܢܝܢ ܠܐ ܢܡܘܣܐܝܬ . ܘܟܕ ܠܐ ܨܒܐ .
ܫܒܩܗ ܘܐܙܠ ܠܬܪܥ ܡܠܟܘܬܐ ܕܣܘܠܛܢ .
ܘܐܟܠ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܐܝܟ ܒܝܫܐܝܬ.
ܦܫܩܗ ܐܝܟ ܩܛܘܠܐ ܕܒܙܘܙ̈ܝܐ
ܘܡܟܣܝܢܘܬܐ ܘܐܘܪ̈ܚܬܐ ܘܓܙܪܐ ܕܡܣܬܪ̈ܘܬܐ
ܕܫܩܝܠ ܠܡܐܡܪ ܠܡܫܡܥܘ ܚܘܝܐ
ܘܡܢܚܦܬܐ ܠܡܕܡܝܘܗܝ .

Firmata hoc modo Dionysii in omni Syria et Beth-Romæa proclamatione, nullam eum requiem habere voluit Deus, quia non absque macula coram eo ambulabat. Etenim difficultates ipsi creavit Saliba archimandrita, avunculi ejus filius. Hic ab eo postulavit ut sibi contra legem dignitas archimandritæ ad decennium adjudicaretur; quum noluisset Dionysius, reliquit eum et ad palatium soltani se contulit ubi contra Dionysium pessimas accusationes proferens, accusavit eum cædum, deprædationis ac viarum latrocinii aliorumque nefandorum, quorum memoria os auresque polluere lingua refugit.

ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ . ܩܛܠܐ ܘܟܦܢܐ
ܘܡܘܬܢܐ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ . ܡܫܬܪܝܬ ܗܘܬ

Eodem tempore cædes, fames, mortalitasque toto orbe grassatæ sunt,

ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܗܘ ܕܡܢ ܛܘܪܟܡܢܝܐ
ܛܝ̈ܝܐ ܗܘܬ ܡܛܠ ܐܬܒܙܙܬ . ܠܓܡܪܐ
ܕܐܬܡܠܝܬ ܟܠܗ ܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܘܣܘܪܝܐ
ܘܦܠܣܛܝܢܐ ܘܡܨܪܝܢ ܡܢ ܥܒ̈ܕܐ
ܟܪ̈ܣܛܝܢܝܐ ܘܐܡ̈ܗܬܐ . ܗܘܐ ܐܬܪܐ ܠܥ̈ܠܝܡܐ
ܡܫܥ̈ܒܕܐ ܠܗܘܢ ܠܕܝܪܐ . ܘܐܬܦܪܥܘ ܡܢ
ܥܘ̈ܠܐ ܟܘ̈ܪܕܝܐ ܫܒ̈ܒܝܗܘܢ . ܘܐ̈ܢܫܝܢ
ܐ̈ܢܫܐ ܡܢܗܘܢ ܒܐܣܟܡܐ ܛܝ̈ܝܐ ܠܐ ܒܠܚܘܕ
ܐܬܥܝܕܘ ܠܡܬܒܙܙܘ . ܠܗ ܠܩܪ̈ܝܒܝ
ܠܢܘܟܪ̈ܝܐ . ܐܠܐ ܘܠܩܪ̈ܝܒܐ . ܬܪܝܢ ܓܝܪ
ܐܚ̈ܐ ܒܥܠܕ̈ܒܒܐ ܘܡܬܥܬܪ̈ܢܐ ܡܢ ܥ̈ܡܡ
ܡܠܝܛܝܢ̈ܝܐ ܐܦܢܕ ܘܝܘܣܦ . ܟܕ ܢܦܩܘ
ܡܢ ܕܝܪܐ ܠܡܬܬܓܪܘ ܚܕ ܠܓܛܐܡ .
ܘܚܕ ܠܩܘܪܘܣ . ܐܬܢܩܦܘ ܒܬܪܗܘܢ
ܘܩܛܠܘ ܐܢܘܢ . ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܠܐܚܪ̈ܢܐ ܚܢܩܘ ܓܘܗ ܕܕܝܪܐ . ܗܠܝܢ
ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܣܥܪ̈ܢܘܬܐ ܠܒܪܗ
ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܫܐܠ ܐܝܟ ܗܘ ܕܢܐܚܘܕ
ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܢܣܒ ܦܘܩܕܢܐ ܡܢ ܣܘܠܛܢܐ
ܕܢܐܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܗܘ ܕܨܠܝܒܐ
ܠܡܠܝܛܝܢܐ . ܢܦܩ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܘܪܗܛ
ܒܫܢܬ ܐܦܥ ܒܚܙܝܪܢ ܠܛܛܪ̈ܝܐ
ܛܪܘܩܣܗ ܕܢܐܙܠ ܠܛܛܪ̈ܝܐ ܒܥܠܝܬܐ
ܨܡܠܗ ܐܠܐ ܣܛܪܢ ܡܪܣܐ . ܘܟܕ ܡܛܝܐ
ܠܡܙܓܪܕ ܡܚܘܙܐ . ܐܕܪܟܘܗܝ ܐܣܩܘܦܠܛܪ̈ܐ
ܕܐܫܬܕܪܘ ܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ ܕܢܗܦܟܘܢܝܗ .

præsertim vero in regione Melitinensi quæ a Turcomanis Agagaræis prorsus direpta fuit, eo usque ut universa Mesopotamia, Syria, Palæstina et Ægyptus servis ancillisque christianis implerentur. Hinc servis juvenibus, monasterio addictis, opportunitas facta est sese de malefactoribus Curdis vicinis suis ulciscendi; et quidem eorum nonnulli cupiditate abrepti sub habitu Agagaræorum non tantum extraneos sed et propinquos deprædari assuefacti sunt. Etenim duos fratres ex incolis Melitinensibus, opulentos ac nobiles, Aphnad et Joseph, cum e cœnobio egressi essent ut ad mercaturam exercendam unus Gactam[1], alter Cyrum peterent, insecuti sunt atque interfecerunt; alii autem alios intra monasterium strangularunt. Omnia hæc crimina Dionysio imputavit Saliba archimanda et obtinuit a soltano mandatum ut patriarcham apprehenderet. Audiens autem Dionysius Salibam advenisse Melitinam exivit festinanter, anno 1570 (*Christi* 1259) mense Haziran (*Junio*) ut ad Tataros confugeret. Quum autem pervenisset Mazgaredam, Mahuzæ[2] oppidum, eum assecuti sunt satellites e Melitina ad eum reducendum missi. Dionysius vero misit ad episcopum quemdam Armenum Arzanganæ civitatis,

[1]) De *Gacta* seu *Gacti* vide notata supra col. 673, sq.

[2]) ܡܙܓܪܕ ܡܚܘܙܐ *Mazgard*, *Masgerd* vel *Masgareda Mahusæ*, in codd. Cantabr. et Oxon. ܡܢܙܓܪܕ ܡܚܘܙܐ *Manazgareda Mahusæ*, in *Bibl. Or.*, II, *Mazgerd*, urbs Mahuzæ regionis in Adiabene. Mahuza autem nomen est regionis et urbis quæ metropolitæ Beth-Garmæ (ܒܝܬ ܓܪܡܝ) subjecta erat. Mahuza et aliam urbem designat, cujus mentio fit in altera *Chronici* nostri sectione, nempe *Carcham* in Babylonia non procul a Ctesiphonte. Cf. Assemanns, *Diss. de Nestorian.*, 761.

ܘܗܘ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܫܕܪ ܠܐܡܝܪܐ ܐܢܫ
ܐܪܟܘܢܐ ܕܐܪܒܝܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܗ
ܕܪܣܪܩܝܣ ܗܘ ܕܡܢ ܛܛܪ̈ܝܐ ܡܫܠܛ ܗܘܐ
ܠܗܿ. ܘܫܕܪ ܦܨܝܗ ܡܢ ܐܝܕܝ ܗܠܝܢ
ܕܪܕܦܝܢ ܗܘܘ ܒܬܪܗ. ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܐܙܠ
ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܡܠܟ ܡܠ̈ܟܐ ܗܘܠܐܘܘܢ.
ܘܐܬܩܒܠ ܡܢܗ ܒܐܝܩܪܐ ܣܓܝ. ܘܐܬܝܗܒ
ܠܗ ܦܘܪܡܢ ܥܠ ܥܘܡܪܐ ܕܠܐ ܢܫܠܛܘܢ
ܥܠܘܗܝ ܐܦܝܐ ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ. ܘܟܕ ܐܬܐ
ܠܬܒܪܝܙ ܡܕܝܢܬܐ ܐܫܟܚ ܠܨܠܝܒܐ ܒܪ
ܚܠܗ ܕܐܬܐ ܠܡܩܛܪܓܘܬܗ ܐܦ ܗܘ ܥܠ
ܛܛܪ̈ܝܐ. ܘܫܕܪ ܠܘܬܗ ܐܦܣܩ̈ܦܐ ܘܪ̈ܝܫܕܝܪ̈ܐ
ܘܐܬܡܟܟ ܠܗ. ܘܐܫܬܘܕܝ ܠܗ ܛܒ̈ܘܬܐ
ܣܓܝ̈ܐܬܐ. ܘܐܬܪܥܝ ܥܡܗ. ܘܕܒܪܗ ܘܐܬܐ
ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ. ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ
ܝܘ̈ܡܬܐ. ܟܕ ܐܬܐ ܕܢܥܘܠ ܠܘܬ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܠܡܫܐܠܘ ܫܠܡܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܡܫܡܫܢܐ ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ. ܘܩܡܘ ܥܠܘܗܝ
ܒܣܝ̈ܦܐ ܘܩܛܠܘܗܝ ܒܗ ܒܩܠܝܬܐ
ܩܕܡܘܗܝ. ܘܐܪܡܝܘܗܝ ܒܐܣܛܘ ܬܚܬܝܐ.
ܘܢܦܩܘ ܘܐܙܠܘ ܠܩܠܝܬܗ ܕܨܠܝܒܐ.
ܘܩܛܠܘ ܐܦ ܠܐܒܘܠܦܪܓ ܐܚܘܗܝ.

ܘܦܫ ܗܘ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܒܥܘܡܪܐ ܡܢ ܙܘܥܐ
ܘܪܬܝܬܐ ܡܢ ܫܠܝ̈ܛܐ ܕܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܚܕܪ̈ܘܗܝ.
ܘܨܒܐ ܕܢܐܙܠ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܡܠܟ
ܡܠ̈ܟܐ. ܕܟܒܪ ܡܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܡܘܗܒܬܗ ܘܢܗܘܘܢ

nomine Darsarkis[1], quem Tatari huic urbi præfecerant. Is homines misit, eumque liberavit ab eis qui illum insectabantur. Patriarcha porro ad obsequia exhibenda perrexit regi regum Hulacho[2], a quo et honorificentissime exceptus fuit, et accepit « firmamum » ad cœnobium spectans, cui porro principes Beth-Romæorum non amplius dominarentur. Dein, cum pervenisset in urbem Taurirum, invenit Salibam, avunculi sui filium, qui pariter ad Tataros ipsum accusaturus venerat. At misit ad illum præsules et archimandritas, ei sese humiliavit, plurima beneficia promisit atque reconciliatus est. Eum porro secum assumens, rediit in monasterium Mar Barsumæ; at paucis post diebus, quum venisset Saliba ad Dionysium ingressurus ut eum salutaret juxta consuetudinem, discipuli Dionysii qui ipsi inserviebant insurrexerunt in illum eumque gladiis percutientes occiderunt in ipsa cella coram patriarcha, atque in porticum inferiorem projecerunt. Inde egressi invaserunt cellam ipsius Salibæ et occiderunt quoque ejus fratrem Abulpharagium.

Remansit porro Dionysius in cœnobio, terrore et tremore correptus ob vicinarum urbium præfectos. Tunc statuit proficisci ad obsequia regi regum exhibenda, ut forsan, postquam

[1] In *Bibl. Or.*, II, 378 : *Sergius*.

[2] ܗܘܠܐܘܘܢ *Hulavun*. In codd. Cantabr. et Oxon.; in *Bibl. Or.*, II, 388; in I part. hujus *Chronici* constanter, ܗܘܠܐܓܘ *Hulachu* scribitur, quam nominis orthographiam, a pluribus receptam, in versione servavimus.

ܠܐܬܐ . ܫܟܝܚܐ ܡܢܗ ܕܚܠܬܐ . ܘܟܕ ܐܬܐ
ܐܫܟܚ ܠܫܡܥܘܢ ܩܫܝܫܐ ܘܐܣܝܐ ܒܪ ܝܫܘܥ
ܩܫܐ ܕܩܠܥܗ ܪܗܘܡܝܬܐ . ܕܡܢ ܩܠܝܠ ܐܬܩܪܝ
ܗܘܐ ܠܫܐܠܬ ܫܠܡܐ ܕܡܠܟ ܡܠܟܐ . ܘܟܕ
ܚܙܝܗ ܫܡܥܘܢ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܐܬܟܬܫ
ܥܡܗ ܒܓܘܙܡܐ . ܘܟܕ ܐܬܝܗܒ ܠܗ
ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܢܥܘܠ ܠܘܬ ܡܠܟ
ܡܠܟܐ . ܡܚܕܐ ܐܬܩܪܒ ܩܫܐ ܫܡܥܘܢ ܠܘܬ
ܪܘܪܒܢܐ ܕܡܫܪܝܬܐ . ܘܐܡܪ ܕܦܛܪܝܪܟ ܗܢܐ ܠܐ
ܙܕܩ ܕܢܚܙܐ ܐܦܐ ܕܡܠܟ ܡܠܟܐ . ܡܛܠ
ܕܩܛܘܠܐ ܗܘ · ܗܝܡܢܘ . ܘܫܡܥܘ ܪܘܪܒܢܐ
ܠܡܠܬܗ ܘܛܪܕܘܗܝ ܠܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܢ
ܐܘܪܕܘ . ܘܐܙܠ ܝܬܒ ܒܪܘܚܩܐ . ܘܗܝܕܝܢ ܪܥܝܗ
ܠܫܡܥܘܢ ܐܣܝܐ . ܟܕ ܝܗܒ ܠܗ ܪܝܫܐ
ܕܕܗܒܐ ܕܚܘܛܪܐ ܕܡܪܝ ܐܝܓܢܛܝܘܣ .
ܕܢܣܒ ܗܘܐ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܘܝܗܒ
ܠܗ ܬܘܒ ܐܓܪܬܐ . ܕܟܕ ܢܗܘܐ ܕܢܡܛܐ
ܠܕܝܪܐ . ܢܫܕܪ ܠܗ ܦܢܩܝܬܐ ܕܒܘܕܪܐ
ܫܢܬܢܝܐ . ܕܟܬܒ ܗܘܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ
ܠܕܝܪܐ ܕܟܣܢܝܐ ܕܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ .
ܗܝܕܝܢ ܐܬܪܥܝ ܫܡܥܘܢ . ܘܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܡܘܗܒܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܠܪܘܪܒܢܐ ܘܒܥܩܣܐ
ܐܫܬܘܝ ܠܡܥܠܐ ܠܘܬ ܡܠܟ ܡܠܟܐ .
ܘܟܕ ܐܬܐܡܪ ܠܗ ܕܐܢܬ ܝܚܝܕܝܐ ܚܕ ܩܛܠܬ .
ܦܢܐ ܐܝܢ ܓܒܪܐ ܗܘܐ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܐ ܠܦܘܩܕܢܐ
ܡܠܟܘܬܐ ܘܩܛܠܬܗ ܘܡܛܠ ܕܐܬܚܫܝܘ
ܗܘܘ ܠܐ ܒܨܘ ܒܨܘܬܗ ܚܬܝܬܐܝܬ .

coram eo comparuisset, rediens omnem timendi causam a se propulsare posset. Cumque eo pervenisset, invenit Simeonem, Josue presbyteri Castri Romani filium, presbyterum ac medicum, qui nuperrime accitus fuerat ad salutandum regem regum. Simeon, viso Dionysio, eum minis insectatus est; cumque Dionysio licentia concessa esset ingrediendi ad regem regum, illico presbyter Simeon accessit ad castrorum magnates, dicens: „haud decet ut patriarcha iste faciem regis regum aspiciat, quia homicida est." Crediderunt verbo ejus primores ac Dionysium castris[1] expulerunt. Hic igitur abscessit et procul inde commoratus est; deinde nuntio reconciliavit sibi Simeonem medicum, data ei summitate aurea baculi Mar Ignatii quod ipse a Simeone episcopo acceperat, porrecto pariter chirographo, se statim ac ad cœnobium pervenisset, illi missurum pictas tabellas „budræ[2]" annuæ, a Mar Joanne pro monasterio peregrinorum montis Edessæ exaratæ. Tum placatus est Simeon; Dionysius vero ampla munera primoribus misit, atque *ita* vix dignus habitus est ingrediendi ad regem regum. Cumque ipsi diceretur: „tu monachum quemdam occidisti", respondit: „ita quidem, hominum istum quod mandato regio obedire renueret occidi." Illi autem quia muneribus corrupti erant diligentius de eo non inquisierunt.

1) ܐܘܪܕܘ ad h. v. hæc notat Smith in *Thes. syr.*: „ܐܘܪܕܘ *vox Tatarica, unde etiam in Persicum sermonem irrepsit* exercitus, castra... *Cave ne cum Assemano credas esse* Ardua urbs Tatarorum: *quamvis enim repertum sit pro palatio æstivo vel hiberno principum Mogulorum, reapse est* castra, *et ex eo orta est vox nostra* horde."—In præsenti loco cum voce ܡܫܪܝܬܐ commutatur.

2) Cfr. supra col. 637.

ܘܢܦܩ ܐܬܐ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ.
ܘܐܬܪܘܪܒ ܒܢܦܫܗ ܘܐܡܪܚ ܠܗ ܕܚܠܬܐ.
ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܡܠܩܕܡ ܒܫܒܛܐ ܪܕܐ ܗܘܐ.
ܒܥܩܪ̈ܒܐ. ܫܪܝ ܠܡܪܕܐ. ܘܐܡܪ ܕܗܐ
ܨܒܥܬܝ ܡܢ ܚܨܐ ܕܐܒܘܗܝ ܥܒܝܐ ܗܘܐ.
ܘܡܢ ܗܝܕܝܢ ܐܬܛܢܢܘ ܬܠܬܐ ܥܠܝ̈ܡܐ ܡܢ ܒܢ̈ܝ
ܥܘܡܪܐ. ܚܕ ܕܝܪܝܐ ܕܫܡܗ ܣܪܓܝܣ
ܣܒܣܛܝܐ. ܘܚܕ ܡܫܡܫܢܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܐܚܘܗܝ
ܕܣܡܥܢ ܪܝܫܕܝܪܐ. ܘܐܚܪܢܐ ܥܠܡܝܐ
ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܕܒܪܨܘܡܐ ܪܝܫܕܝܪܐ
ܒܪ ܫܡܘܐܝܠ. ܘܥܠܘ ܥܠܘܗܝ ܟܕ ܩܐܡ ܒܗܝܟܠܐ
ܒܨܠܘܬܐ ܕܠܠܝܐ. ܕܠܘܬ ܫܒܬܐ ܕܡܫܠܡ
ܫܒܘܥܐ ܕܨܘܡܐ ܕܢܝܢܘܝ̈ܐ ܒܬܡܢܬܥܣܪ
ܒܫܒܛ ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ
ܘܬܪܬܝܢ. ܘܟܕ ܚܕ ܡܢ ܕܝܪ̈ܝܐ ܠܣܕܪܐ
ܕܬܫܡܫܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܩܪܐ ܗܘܐ ܥܒܪܘ ܗܢܘܢ
ܥܠܝ̈ܡܐ ܠܗ ܕܡܢ ܒܣܬܪܗ ܥܠ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ
ܘܒܣܝ̈ܦܐ ܚܒܛܘܗ ܒܩܕܡ ܡܕܒܚܐ
ܒܒܝܬ ܩܘܕܫܐ. ܘܡܚܘܗܝ ܠܡܚܘܬܗ ܬܠܬ

Hinc digressus, rediit in monasterium Mar Barsumæ; semetipsum porro exaltans et metum audacia superans, quos antea virgis castigabat scorpionibus castigare cœpit[1] : « digitus meus minimus, aiebat, nunc plus pollet quam olim tota manus. » Tunc zelo excitati sunt tres juvenes, cœnobii incolæ : monachus unus nomine Sergius e Sebaste[2], diaconus alius, Basilius nempe archimandritæ Simaani frater, tertius laicus Abrahamus, Barsumæ archimandritæ Samuelis filii e fratre nepos : hi eum invaserunt, dum stabat in templo orationem noctis *persolvens*, ante sabbatum quod hebdomadem jejunii Ninivitarum [3]complet, decima octava Schebat *(Februarii)* anni millesimi quingentesimi septuagesimi secundi (*Christi* 1261). Dum porro unus e monachis « sedram » primi nocturni[4] persolvebat, prosilierunt isti juvenes a retro in Dionysium eumque gladiis percusserunt ante altare, in sanctuario[5]. Ja-

[1]) Alloditur ad II *Par.*, X, 11, 14.

[2]) ܣܒܣܛܝܐ io cod. Oxon. rectius ܣܒܣܛܝܐ *Sebaste*, urbs Armeniæ ad fluvium Halys, hodie *Sivas* vel *Sirvas*.

[3]) Jacobitæ, præter jejunium feriæ quartæ et sextæ, quinque jejunia observant : jejunium quadragesimæ, jejunium Apostolorum, jejunium Migrationis Deiparæ, jejunium Nativitatis Domini, et jejunium Ninivitarum, de quo hæc habet Barhebræus *Nomocan.*, part. I, cap. V, sect. II : *« jejunium Ninivitarum a feria secunda, quæ tribus hebdomadis præcedit magnum jejunium usque ad matutinum feriæ quintæ ejusdem hebdomadæ observamus, id est tribus diebus perfectis, et aliqui usque ad matutinum sabbati. »* Idem jejunium observatur a Nestorianis et a Chaldæis. Cfr. Assemanus, *Diss. de Nestor.*, 387.

[4]) ܣܕܪܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܩܕܡܝܬܐ verbotenus *Sedra officii primi* id est oratio illa, *Sedra* appellata, quæ recitatur in primo nocturno ad Matutinum. Officium enim noctis Sabbati, quod nostro officio matutino respondet, dividitur in Breviario Syrorum, Romæ anno 1853 impresso, in tria ܬܫܡ̈ܫܬܐ seu nocturna, quorum primum Deiparæ Virgini, secundum Sanctis, tertium Defunctis refertur. Porro, quum iidem sint ritus Syrorum Unitorum et Jacobitarum, quæ ex officio Syrorum desumpsimus valent ad explicandum præsentem locum.

[5]) ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ *sanctuarium*. Ecclesiæ Jacobitarum duas habent partes : navim fidelibus destinatam et sanctuarium clero. Porro sanctuarium a navi separatur per ܩܢ̈ܟܐ seu ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ id est

ܡܢ ܛܘܪܐ ܘܫܒܩܘ ܦܓܪܗ ܠܬܡܢ . ܘܐܣܩܘ
ܠܩܠܝܬܗ ܠܡܒܙܙܘ . ܐܦ ܠܗܘ ܕܩܛܠ ܗܘܐ ܠܐܚܘܗܝ
ܕܨܠܝܒܐ ܪܝܫ ܕܝܪܐ . ܘܐܪܡܝܘܗܝ ܡܢ
ܫܩܝܦܐ . ܘܐܦ ܠܡܠܝܛܝܢܝܐ ܐܦ ܟܠܗ ܗܘ
ܕܐܬܠܚܡܘ . ܘܡܢ ܢܣܒܘ ܡܢܗ ܫܘܚܕܐ
ܫܒܩܘܗܝ .

ܘܫܕܪܘ ܐܝܬܝܘ ܠܥܒܕܐ ܚܕ ܕܫܡܗ
ܚܢܝܣ . ܗܘ ܕܪܝܫ ܡܐܐ ܗܘܐ ܩܕܡ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ . ܘܪܓܝܙ ܗܘܐ ܠܘܩܒܠܗ ܘܛܪܕܗ ܡܢ
ܥܘܡܪܐ . ܘܐܬܐ ܗܘ ܐܫܬܠܛ ܒܕܘܟܬܐ
ܕܕܝܪܐ . ܘܫܕܪܘ ܡܫܡܫܢܐ ܐܢܫܝܢ ܠܘܬ
ܪܘܪܒܢܐ ܕܣܘܠܛܢܐ ܕܒܝܬ ܪܗܘܡܝܐ ܘܐܡܪܘ .
ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘ ܕܠܐ ܨܒܝܢܟܘܢ ܩܡ ܗܘܐ
ܘܠܛܛܪܝܐ ܥܪܩ ܗܘܐ ܘܠܐ ܡܫܬܥܒܕ
ܠܟܘܢ . ܘܚܢܢ ܩܡܢ ܥܠܘܗܝ ܘܩܛܠܢܝܗܝ.
ܘܒܥܝܢ ܡܢܟܘܢ ܕܬܗܘܘܢ ܡܥܕܪܢܐ ܠܢ .
ܪܘܪܒܢܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܚܙܘ ܠܒܝܫܐ ܘܚܨܝܦܐ
ܛܪܕܘ ܐܢܘܢ ܕܠܘܬܗ . ܘܐܡܪܘ ܐܠܘ ܡܢ
ܕܐܢܬܘܢ ܘܐܡܪܘ ܠܗܘܢ . ܕܐܝܠܝܢ ܚܙܘ
ܡܛܠ ܩܪܒ ܥܡܟܘܢ ܡܢ ܛܛܪܝܐ . ܘܡܢ
ܗܦܟܘ ܗܢܘܢ ܒܒܗܬܬܐ ، ܡܠܟܐ ܐܚܪܢܐ
ܠܒܝܬ ܘܫܕܪܘ ܠܡܫܪܝܬܐ ܐܝܟ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܗܘ ܝܘܚܢܢ ܫܘܚܝܬܠܗ ܘܥܡܗ ܐܚܪܢܐ
ܠܘܬܗ ܕܢܐܡܪܘܢ . ܕܡܪܘܕܐ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܟܘܪܕܝܐ
ܕܫܒܒܘܬܢ ܩܡܘ ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܩܛܠܘܗܝ . ܗܫܐ ܒܥܝܢ ܕܬܒܥܘܢ
ܡܢܗ ܠܡܪܝ ܕܕܡܗ . ܘܡܢ ܐܝܕܗ ܢܬܒܥ .

censque cadaver ibi reliquerunt, et ad cellam ejus diripiendam ascenderunt. Apprehenderunt quoque discipulum illum qui interfecerat fratrem Salibæ archimandritæ, eumque e rupe præcipitarunt. Melitinensem pariter minis insectati sunt; at hunc, acceptis ab eo muneribus, reliquerunt.

Deinde acciverunt famulum quemdam, nomine Hannis, qui sub Dionysio centurio fuerat, sed ab eodem, contra eum irato, expulsus cœnobio. Advenit ille atque in isto loco dominatus est. Miserunt etiam famulos quosdam ad magnates soltani Beth-Romæorum dicentes : « patriarcha iste absque nutu vestro institutus fuerat, confugiebat porro ad Tataros nec vobis subditus erat. Et nos in eum insurreximus, eumque interfecimus; rogamus ergo vos ut nobis adjutores sitis. » Magnates autem eos qui venerant ut viros abjectos impudentesque respicientes a se expulerunt, eisque dixerunt : « quid immineat vobis a Tataris vos ipsi videritis. » Reversi igitur illi cum confusione aliud inierunt consilium, ac ad castra Tatarorum praesulem quemdam Tagritensem, nomine Joannem Schuhaitaleh, aliosque cum eo ablegarunt, qui dicerent : « ex Curdis quidam seditiosi, nobis vicini, insilierunt in patriarcham eumque trucidarunt; nunc igitur rogamus ut

*cancellos*. ܡܕܒܚܐ igitur cancellos notat, deinde locum cancellis clausum seu sanctuarium, non autem gradum altaris. Quod monet Assemanus, *Diss. de Nestor.*, p. 795, Cfr. Morinus, *De sacr. ordinat.*, annot. 42 in Syror. ordinat.

ܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܐܦ ܝܫܘܥ ܕܝܪܝܐ ܐܚܐ
ܕܡܬܩܪܐ ܫܢܩܝܛ . ܗܘ ܕܣܥܘܪܐ ܗܘܐ ܒܐܬܪܐ
ܕܐܝܒܪܝܐ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܟܠܗܘܢ ܠܘܬ ܫܡܥ
ܘܐܣܝܐ ܡܠܟܘܢ . ܘܐܬܡܠܟܘ ܩܫܝܫܐ
ܕܢܐܡܪܘܢ . ܕܗܐ ܩܛܘܠܘ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܒܕܝܪܐ
ܐܢܘܢ . ܢܐܬܐ ܗܟܝܠ ܓܒܪܐ ܚܝܠܬܢܐ
ܕܢܐܚܘܕ ܠܗܘܢ ܘܢܩܛܘܠ ܐܢܘܢ . ܘܡܢ
ܐܡܪܘܗ ܠܗܕܐ . ܢܦܩ ܦܘܩܕܢܐ .
ܕܛܝܩܘܬܠܘܓ ܐܝܟ ܗܘܢܝܐ ܟܪܣܛܝܢܐ
ܢܐܙܠ ܢܩܛܘܠ ܠܩܛܘܠܐ . ܘܢܫܠܛ ܠܝܫܘܥ
ܝܫܘܥ ܕܐܚܘܗ̈ܝ ܐܚܐ ܕܐܣܝܐ ܫܡܥܘܢ ܕܡܢ
ܩܣܛܪܐ ܪܘܡܝ . ܡܛܠ ܕܗܘ ܐܡܪ ܐܣܝܐ
ܐܡܪ . ܕܗܢܐ ܐܚܐ ܕܝܠܝ ܐܝܬܘܗܝ . ܘܟܕ ܐܬܐ
ܗܘ ܛܝܩܘܬܠܘܓ . ܐܚܕ ܠܩܛܘܠܐ ܗܢܘܢ .
ܘܠܡܢܗܘܢ ܡܢ ܩܛܠ . ܡܢܗܘܢ ܕܝܢ
ܒܒܝܬ ܚܒܘܫܝܐ ܢܦܫܗܘܢ ܚܢܩܘ . ܘܠܣܒܐ
ܒܪ ܫܡܘܐܝܠ ܢܓܕ ܢܓܕܐ ܩܫܝܐ ܒܥܠ
ܒܥܪܩܬܐ ܕܦܚܕܘܗܝ . ܘܫܕܝܗ ܠܒܪ .
ܘܦܪܕܗ ܡܢ ܕܝܪܐ . ܘܐܙܠ ܡܝܬ ܒܐܡܪܘܡ
ܩܪܝܬܐ . ܡܛܠ ܕܐܘܕܝ ܘܐܡܪܘ ܠܗ
ܩܛܘܠܐ ܗܢܘܢ . ܕܡܕܡ ܐܝܬ ܠܢ ܠܡܬܒܥ
ܠܡܫܐܠܘܬܟ . ܘܗܘ ܦܢܝ ܕܠܐ ܬܫܐܠܘܢ
ܡܢܝ . ܐܠܐ ܗܘ ܡܐ ܕܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܠܡܥܒܕ ܥܒܕܘ . ܘܗܟܢ ܗܘܬ ܡܦܩܢܘܬܐ ܠܐ
ܡܬܒܣܡܢܐ ܗܕܐ ܕܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܗܘ ܐܢܓܘܪ .

locum istum dominii *vestri* faciatis. » Qui cum abiissent, accessit pariter ad eos Josue monachus frater, cognomine Schankit, qui visitator[1] fuerat in regione Iberorum atque congregati sunt omnes apud Simeonem presbyterum et medicum, consilium inter se ineuntes dicendi : « en patriarchæ interfectores in cœnobio sunt : veniat igitur, rogamus, vir fortis qui apprehendat eos atque occidat. » Hisce dictis, prodiit edictum ut Taicutlug, Hunnus christianus, ad homicidas interficiendos abiret, et monachum Josue, Simeonis medici Castri Romani fratrem, illic praeficeret. Dixerat quippe medicus ille presbyter : « iste frater meus est. » Porro quum advenisset Taicutlug apprehendit homicidas illos; et quosdam quidem occidit, alii vero in carcere seipsos strangularunt. Senem autem Barsamuelem diris flagris cecidit, flagellatis scutica septuagies femorum carnibus, eumque deinde expulit e cœnobio. Abiit ille atque obiit in Amrum pago[2]. Etenim confessus erat interfectores ipsi dixisse : « aliquid a te exposcendum habemus, » et ipse responderat : « nihil a me exposcite, sed quod facere vultis facite. » Talis igitur fuit violentus Dionysii Angur exitus. Tunc Mar Joannes Barmaadanus

[1]) ܣܥܘܪܐ *visitator*, quem et Græco vocabulo Syri ܦܪܝܘܕܘܛܐ περιοδευτὴν appellant, munere fungebatur invisendi pagos, vicos et monasteria, curandique ut cuncta ad rectas vitae ac sanae doctrinæ normam peragerentur. Ad quod munus si spectes, *visitatores* istos haud inepte archipresbyteris nostris comparaveris; ast eo differunt, quod illi speciali ordinatione ad officium suum deputentur in ecclesiis Syrorum. Ordinatio periodeutae apud Jacobitas et Nestorianos eadem est ac chorepiscopi, diversa vero est apud Maronitas. Cfr. Abbeloos, *De vita et scriptis S. Jacobi Sarug.*, p. 99, et auctores ab eo citatos; item Denzinger, *Ritus Orient.*, I, 121.

[2]) ܐܡܪܘܡ *Amrum*, pagus regionis Claudiæ in ditione Melitinensi. Smith in *Thesauro syr.* ad h. v.

ܫܕܪ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܠܘܬ ܣܘܠܛܢܐ
ܕܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ ܠܐܝܩܘܢܝܘܢ . ܘܢܣܒ ܠܗ
ܡܢܫܘܪ ܥܠ ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ .
ܘܥܠ ܟܠܗ ܒܝܬ ܪ̈ܗܘܡܝܐ . ܘܐܬܟܪܙ
ܒܡܠܝܛܝܢܐ ܘܒܫܪܟܐ ܕܕܘ̈ܟܝܬܐ . ܐܦܢ
ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ ܠܐ ܐܬܛܝܒ
ܠܡܐܙܠ . ܐܠܐ ܒܗ ܒܩܝܠܝܩܝܐ ܦܫ ܡܢ
ܡܠܟܐ ܘܡܢ ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܘܐܝܩܪܘܗܝ .

ܘܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܚܡܫܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ
ܘܐܪܒܥ ܒܝܘ̈ܡܬܐ ܕܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ .
ܐܬܟܪܗ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܪ ܡܥܕܢܝ
ܘܡܝܬ ܒܕܝܪܐ ܕܦܐܩܣܝܡܐܬܐ . ܘܒܗܝܟܠܗ
ܐܬܩܒܪ . ܠܗ ܓܝܪ ܠܒܪ ܡܥܕܢܝ ܬܠܡܝܕܐ
ܐܝܬ ܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܫܡܗ ܪܙܝ ܡܢ ܡ̈ܪܕܐ
ܡܪܕܝܢܝ . ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܘ ܫܘܢܝܐ . ܠܐ ܫܠܝ
ܗܘܐ ܠܡܛܪܦܘ ܥܠ ܗܘ ܕܠܡܛܪܦܘ ܪܫܗ
ܟܐ̈ܦܐ ܘܠܡܒܟܐ ܥܕܡܐ ܕܐܦ ܗܘ ܡܝܬ
ܫܒܥܐ ܝܘ̈ܡܬܐ ܡܢ ܕܠܐ ܟܘܪܗܢܐ .
ܟܕ ܚܝܠܬܢ ܐܝܟ ܐܪܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ .

ܒܬܪ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܀ ܡܪܝ
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܗܘ ܝܫܘܥ ܪܝܫܕܝܪܐ
ܓܒܝܩܬܝܐ ܀

ܡܢ ܕܡܝܬ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܝ .

misit Iconium ad soltanum Beth-Romæorum, et obtinuit diploma super cœnobium Mar Barsumæ et universam Beth-Romæorum ditionem; proclamatus porro fuit Melitinæ et in ceteris locis. Attamen ire in cœnobium Barsumæ non placuit; sed in Cilicia remansit a rege ejusque magnatibus honoratus.

Anno autem millesimo quingentesimo septuagesimo quarto (*Christi* 1263), in diebus jejunii quadragesimalis, aegrotavit Mar Joannes Barmaadanus patriarcha, et obiit in monasterio Phaximatæ in cujus templo sepultus fuit[1]. Habebat Barmaadanus discipulum diaconum, nomine Razi, genere Mardinensem. Hic post obitum patriarchæ, haud destitit capite parietes percutere ac flere, donec post septem dies absque morbo mortuus est, quamvis validus esset ut leo.

96. *Post Mar Joannem Barmaadanum, Mar* Ignatius, *qui et Josue, Gavicathæ archimandrita.*

Defuncto Mar Joanne Barmaadano,

[1]) Joannes Barmaadanus plura scripsit. Supercsse noscuntur: *Anaphora*, latine edita a Renaudotio, *Liturg. Orientt. Coll.* II, 508. (*ed Francof*).

2. *Carmen de anima*, inscriptum ܦܪܚܬܐ *avis*, versu dodecasyllabo; exstat in cod. Vat. A. Scandar 5. Vide Assem, *Bibl. Or.* II, 242.

3. *Carmen de perfectione;* exstat in Bibl. Bodleian., cod. Pocock. 298. Cfr. Smith, *Catal. codd. syr. Bibl. Bodl.*, 641.

4. *Alia carmina* 49 quae enumerantur in Smithii *catal.*, 379.

5. *Homiliæ duodeviginti*, arabico sermone sed litteris syriacis in cod. Vat. A. Scandar 30. Vide *Bibl. Orient.*, II, 243.

6. *Vox suprema*, seu consolatio super feretrum principum; exstat arabice in Bibl. Bodl. Cfr. Smith, *lib. cit.*, 451.

congregati sunt episcopi in monasterio Gavicathæ juxta Mopsuestiam, Ciliciæ urbem : Dionysius senex Claudiæ, Athanasius Tarsi, Dionysius Sisidis, Gregorius Melitinæ, Athanasius Mabugi, Athanasius Hierosolymorum, Joannes Damasci, Joannes Gumiæ, Athanasius Cypri et Basilius Carmæ Tagritensis, ut sibi antistitem communem deligerent. Scripserunt etiam ad præsules extraneos ut etiam ipsi præsto illic adessent, ut qui locus esset synodo hoc tempore opportunissimus, ob prosperitatem et pacem in eo vigentem, atque ob protectionem regis christiani populo nostro impense faventis.

Interea temporis Theodorus Cuphlidae, unus ex archimandritis cœnobii Mar Barsumæ, qui a tempore Dionysii Angur e cœnobio egressus in Cilicia degebat visitationem exercens, quique quamdiu in vivis fuit Mar Joannes Barmaadanus, ab eo in munere archimandritæ fuerat confirmatus, necnon ut archimandrita legitimus testimoniis diversarum gentium agnoscebatur, profectus jam est ad aulam regiam ut sibi cœnobii regimen concederetur. Dum autem erat in via, audivit Mar Joannem Barmaadanum obiisse; illico animo ejus ambitio mundana subiit, atque archimandritæ libellos in patriarchales mutavit; cumque ad castra *Tatarorum* pervenisset, ampla munera promisit Simeoni presbytero et medico

ܠܗܘܢ ܘܐܥܕܪܘܢܝ ܠܡܩܒܠܘܬܐ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ
ܠܚܠܒ ܘܐܫܬܐ ܡܥܕܪܢܘܢ. ܐܦ ܡܟܝܪ ܠܗ
ܕܐܣܝܐ ܕܗܪܝܢ. ܘܐܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܡܠܟܡܠܟ
ܟܡܐ ܐܦ ܚܪܝܦܘܬܗ ܕܬܐܘܕܘܪܘܣ. ܗܘ
ܕܝܢ ܟܘܣ ܟܠܐ ܡܢܗ ܘܐܡܪܐ ܡܣܝܡ ܗܘܐ
ܩܠܝܠ ܡܛܠ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ. ܗܢܐ ܓܝܪ
ܟܒܫܗ ܠܐ ܙܘܥܐ ܕܬܐܘܕܘܪܘܣ ܘܐܡܪ ܠܗ.
ܕܠܐ ܗܘ ܠܐ ܫܦܝܪ ܕܬܒܥܐ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܕܐܦܝܣܩ.
ܕܬܣܒ ܐܢܬ ܠܟ ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ. ܣܢܝܢ
ܟܠܗܘܢ ܠܟܠܟ. ܐܠܐ ܙܕܩ ܠܟ ܕܠܗܢܐ
ܐܣܝܐ ܪܒܢ ܫܡܥܘܢ ܬܫܪܐ ܠܨܒܘܬܟ. ܘܐܢܐ
ܢܦܘܩ ܐܢܐ ܠܗ ܦܘܐ̈ ܐܣܝܪܐ ܕܝܕܝ. ܕܗܘ
ܕܨܒܐ ܗܘ ܐܦ ܐܢܐ ܨܒܐ ܐܢܐ. ܘܗܟܢܐ
ܢܦܩ ܡܢ ܐܘܪܕܘ ܘܐܙܠ ܠܥܘܡܪܐ. ܟܕ
ܣܒܪܐ ܕܡܩܒܠܘܬܐ ܫܘܚܕܐ ܡܛܠܬܗܘܢ
ܕܐܦܝܣܩ̈.

ܘܟܕ ܐܪܚܩ ܐܡܪ ܗܘ ܐܣܝܐ ܠܚܠܒܝܐ ܕܫܡܥܘܢ.
ܕܐܢܐ ܫܡܥܬ ܕܗܢܐ ܕܠܐ ܡܘܡ ܢܛܪ ܐܣܟܝܡܗ
ܗܢܐ ܬܐܘܕܘܪܘܣ. ܥܒܘܪ ܐܢܬ ܡܢ ܐܪܥܐ
ܐܢܬ ܠܩܝܠܝܩܝܐ. ܘܚܙܝ ܓܒܪܐ ܒܚܝܪܐ
ܕܪܥܝܢ ܒܗ ܐܦܝܣܩ̈ ܘܐܘܕܥܢܝ ܠܝ
ܘܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܥܒܘܪ ܡܢ ܐܪܥܐ ܗܘ
ܕܡܠܟ ܠܩܝܠܝܩܝܐ. ܐܫܟܚ ܠܡܗܝܡܢܐ
ܡܪܛܢܝܢ ܕܡܛܠ ܕܟܕ ܥܠ ܗܘ ܕܡܢ ܝܘܡܗ
ܕܡܛܝܐ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܠܥܘܡܪܐ ܡܚܕܐ ܐܫܬܘܕܝ
ܠܡܠܟܐ ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܘܠܪܘܪܒܢܘܗܝ
ܦܣܩܘܬܐ ܕܬܪܬܥܣܪ ܪ̈ܒܘܬܐ ܕܙܘܙܐ. ܟܕ
ܐܡܪܘ ܩܕܡ ܦܘܠܡܪ. ܘܝܗܒܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܫܘܚܕܐ ܕܡܠܘ ܕܢܥܒܕ. ܐܡܬܝ ܕܐܬܟܢܫܘ
ܠܐܦܝܣܩ̈ ܕܢܥܒܕܘܢܝܗܝ ܦܛܪܝܪܟܐ

si ipsi ad patriarchatum capessendum præberet auxilium. Illic tunc aderat Gregorius Alepi, cum ceteris medicis ministerio regis regum addictus. Hic immoderatum Theodori propositum nonnihil compescuit, dicendo illi : « haud decet ut absque electione et proclamatione episcoporum ambias patriarchatum; omnes a te abhorrebunt; sed oportet te medicum hunc Rabban Simeonem tuis partibus addicere; ego autem dato chirographo meo ipsi spondebo me eidem assensurum cui assentiet ipse. » Sic ergo egressus est e castris atque ad cœnobium iter instituit, spe fretus consensum episcoporum muneribus obtentum iri.

Quum autem procul fuit, dixit medicus Simeon Alepensi : « audivi istum Theodorum habitum suum nequaquam absque macula servare; pergas igitur tu in Ciliciam videasque in quem probatum virum voluntas feratur episcoporum, me vero certiorem fac, atque eum constitucte. » Postquam igitur Alepensis in Ciliciam advenit, invenit fideles obmurmurantes, eo quod Theodorus, statim ac in cœnobium venerat, regi Ciliciæ ejusque magnatibus per Gunirum presbyterum et Theodorum Smakrensem, civem Sisidensem, summam duodecim mille argenteorum promiserat, ut episcopos in Cilicia congregatos adirent, qui ipsum facerent patriarcham. Præ-

ܠܡܬܛܦܝܣܘܬܗ. ܘܡܦܝܣ ܗܘܐ ܠܗ ܠܩܫܝܫܐ
ܣܒܐ ܕܩܠܘܕܝܐ ܘܐܘܒܠܗ ܠܘܬܗ. ܓܪܝܓܘܪܝ
ܕܡܢ ܚܠܒ ܐܬܢܩܦ ܠܐܦܣ̈ܩܦܐ ܕܒܩܝܠܝܩܝܐ.
ܘܟܕ ܚܙܘ ܠܥܡܐ ܕܛܢܢ ܒܡܝܬܪܘܬܐ ܘܣܢܐ
ܢܟܠܐ. ܫܪܪܘܗ ܠܓܒܝܬܐ ܘܩܪܝܬܐ ܕܪܒܢ
ܝܫܘܥ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܓܘܝܟܬܐ ܓܒܪܐ ܢܟܦܐ
ܘܫܦܝܪܐ ܕܫܘܡܥܐ ܘܚܒܝܒ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܘܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ.
ܘܐܣܪܛܘܢܝܗܝ ܒܗܘ ܕܝܪܐ ܕܐܡܪܢ. ܒܥܐܕܐ
ܕܕܢܚܐ ܒܫܢܬ ܐܦܥܗ. ܘܐܬܩܪܝ ܡܪܝ
ܐܝܓܢܛܝܘܣ. ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܐܬܐ ܠܘܬܗ
ܐܦ ܒܣܝܠܝܘܣ ܣܒܐ ܡܝܩܪܐ ܕܩܣܪܝܐ
ܕܗܘ ܕܡܝܢܘܣ ܘܫܠܡ ܠܓܒܝܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܫܬܠܡܬ ܡܫܪܛܘܢܘܬܐ
ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ. ܚܫܒ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܣ̈ܩܦܐ.
ܕܐܦ ܠܡܕܢܚܐ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘܬ
ܠܡܩܝܡܘ ܡܦܪܝܢܐ. ܘܡܛܠ ܕܝܕܥܝܢ
ܗܘܘ ܕܗܘ ܡܢܚܐ ܒܪ ܡܥܕܢ. ܓܒܐ ܗܘܐ
ܠܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܡܢ ܚܠܒ ܕܠܗܘܐ
ܡܦܪܝܢܐ. ܘܐܘܕܥ ܗܘܐ ܐܦ ܠܡܕܢܚܝ̈ܐ
ܡܛܠܬܗ. ܘܟܪܝܐ ܕܡܕܢܚܐ ܒܐܓܪ̈ܬܐ
ܕܐܝܬ̈ܝܗ ܣܓܝܐ̈ܬܐ ܗܘܐ. ܘܩܒܠ ܡܠܬܗܘܢ.
ܘܟܕ ܕܚܒܝܫܐ ܗܘܬ ܐܬܪܐ ܡܢ ܚܝܠ
ܡܓܘܠܝ̈ܐ ܕܡܬܘ̈ܢ ܟܠܗ. ܐܬܘܬܗ ܕܐܬܪܗ.
ܠܐ ܫܚܠܦܘܗ ܓܒܝܢܘܬܗ. ܐܠܐ ܠܗ ܡܢ
ܠܗ ܐܫܠܡܘܗ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܘܐܬܐ
ܦܛܪܝܪܟ ܥܡ ܐܦܣ̈ܩܦܐ ܠܣܝܣ ܘܐܬܟܢܫ

terea Theodorus circumvenerat atque ad se pertraxerat senem Claudiæ episcopum. Gregorius autem Alepi conjunxit se episcopis qui erant in Cilicia. Hi igitur, videntes populum pro virtute zelantem, fraudem vero detestantem, confirmarunt electionem et proclamationem Rabban Josue, Gavicathæ archimandritæ, viri religiosi ac optimæ famæ, regi ejusque magnatibus grati; eum porro in præfato monasterio ordinarunt die festo Luminum[1] anni 1575 (*Christi* 1264). Appellatus fuit Mar Ignatius. Paulo post advenit Basilius, venerabilis Cæsareæ senex, alio nomine Damianus, qui electioni per spiritum *sanctum factæ* consensit.

Absoluta autem patriarchae chirotonia sollicitus fuit patriarcha cum episcopis ut etiam Orienti, jamdiu *pastore* orbato, maphrianum constituerent; quia vero sciebant piae memoriae Barmaadanum jam pridem in maphrianum elegisse Gregorium Alepi atque id Orientalibus significasse ita ut in plurimis suis epistolis electum Orientis eum appellarit, accepta illorum consensione, et qnia non nisi ob turbatam per exercitus Mogolorum Assyriam dilata fuerat ejusdem missio, ideo electionem non mutarunt, sed eidem Orientis præfecturam commiserunt. Venit igitur patriarcha cum episcopis in Sisidem; adfuerunt etiam Haytum rex ejusque

[1] i. e Epiphaniæ.

ܐܦ ܡܠܟܐ ܗܝܬܘܡ ܘܒܢܘܗܝ ܘܪܘܪ̈ܒܢܘܗܝ.
ܠܘܬ ܡܢ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܘܡ̈ܠܦܢܐ ܐܪ̈ܡܢܝܐ
ܘܟܢܫܐ ܕܥܡܐ. ܒܥܕܬܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܕܝܠܕܬ
ܐܠܗܐ. ܘܐܬܟܪܙ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ
ܠܡܕܢܚܐ. ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܡܠܠ ܗܘ
ܡܦܪܝܢܐ ܡܐܡܪܐ ܥܠ ܪܝܫܘܬ ܟܗܢܘܬܐ.
ܡܢ ܡܢ ܗܢ ܕܦܬܓܡܐ ܘܫܪܝ ܠܗ ܐܡܝܪ
ܣܡ ܗܘܐ ܠܡܠܬܗ. ܘܬܐܘܕܘܪܘܣ ܗܘ
ܣܡܩܪܝܐ ܡܬܪܓܡܢ ܗܘܐ ܒܐܪܡܢܐܝܬ.
ܘܝܘܡܐ ܗܘ ܡܫܒܚܐ ܗܘܐ ܗܘ.

ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܕܝܢ ܕܩܘܦܠܝܕܐ ܠܐ ܡܣܝܒܪ
ܠܡܬܒ ܒܕܝܪܐ. ܐܠܐ ܦܢܐ ܪܗܛ ܠܩܠܥܗ
ܪܗܘܡܝܬܐ. ܘܐܬܟܪܟ ܠܪ̈ܓܠܝ ܒ̈ܢܝ ܩܫܝܫ
ܝܫܘܥ ܘܐܫܬܘܕܝ ܠܗܘܢ ܕܒܚܝܘܗܝ ܗܘܐ
ܥܒܝܕܐ ܘܡܫܥܒܕܐ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܐܠܨ ܝܥܩܘܒ
ܩܫܝܫܐ ܠܡܐܙܠ ܠܩܝܠܝܩܝܐ. ܘܟܕ ܐܬܐ.
ܐܫܟܚ ܕܡܢ ܟܕܘ ܐܬܩܝܡ ܦܛܪܝܪܟܐ.
ܘܒܛܠܗ ܠܒܥܘܬ ܬܐܘܕܘܪܘܣ. ܘܐܡܪ
ܠܦܛܪܝܪܟ. ܕܟܠܢ ܥܡ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ
ܡܫܬܘܝܢ ܠܟ. ܐܠܐ ܡܢ ܐܚܘܟ ܕܝܠܟ
ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܡܢ ܪܒܢ
ܫܠܝܡܘܢ ܕܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܣܘܢܩܠܐ ܕܡܪܝ
ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܢܦܫܐ. ܡܬܪܥܡܝܢ ܐܦܝܣ̈ܩ.
ܣܠܩܝܢ. ܐܢܫ ܐܢܘܢ ܡܢ ܠܘܬܟ. ܘܬܐ
ܠܕܝܪܐ ܘܬܒ ܒܟܘܪܣܝܟ ܠܬܡܢ.
ܘܡܩܒܠܝܢ ܠܟ. ܘܟܕ ܦܛܪܝܪܟ ܠܐ ܨܒܐ
ܠܡܦܪܫܘ ܡܢ ܐܚܘܗܝ ܘܡܢ ܪܒܢ
ܫܠܝܡܘܢ. ܐܬܟܪܝ ܗܘ ܩܫܝܫܐ ܘܗܦܟ

filii ac magnates, cum nonnullis episcopis doctoribusque Armenis ac populi multitudine, in ecclesia catholica Deiparae, et Gregorius proclamatus fuit Orientis maphrianus. Eadem die maphrianus orationem habuit de summo sacerdotio, hisce verbis exorsus : « *tu formasti me et posuisti super me manum tuam*[1] ; » Theodorus vero Smakrensis verba armenice interpretatus est. Fuitque dies illa, dies celeberrima.

Theodorus autem Cuphlidensis sedendi in monasterio impatiens, properavit in Castrum Romanum ibique ad pedes provolutus presbyterorum, Josue presbyteri filiorum, promisit se et in vita et in morte ipsis addictum fore ; hinc ejus causa coactus est Jacobus presbyter in Ciliciam se conferre ; quo cum advenisset, invenit patriarcham jamdudum constitutum. Irritum porro reddens Theodori negotium, dixit patriarchæ : « omnes nos cum episcopis exteris tibi assentimur ; sed de fratre tuo Gregorio Melitinæ et de Rabban Salomone, Mar Ignatii piæ memoriæ syncello, episcopi conqueruntur. Illos itaque a te remove, et veni in cœnobium ut illic sedem tuam constituas, teque recipiemus. » Nolente autem patriarcha fratrem suum et Rabban Salomonem a se alienare, offensus est presbyter ille et domum reversus est. Assumpsit porro Theodorum necnon præsulem

[1]) *Psal.* 138, 5.

ܠܩܠܘܕܝܐ܂ ܘܢܗܘܐ ܠܕܝܘܣܩܘܪܘܣ܂ ܘܠܩܣܛܪܐ
ܙܝܕܐ ܕܡܟܘܪܐ܂ ܘܐܬܢܣܝܘܣ ܕܫܒܝܐ ܕܙܐܡܪ܂
ܘܠܐܬܢܣܝܘܣ ܕܠܩܒܝܢ܂ ܘܠܐܝܓܢܐܛܝܘܣ
ܕܚܨܢܡܢܨܘܪ܂ ܘܠܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܬܠܐ
ܕܐܪܣܢܝܘܣ܂ ܘܐܟܚܕܐ ܕܐܙܠܘ
ܠܐܚܪ̈ܢܐ ܘܢܥܕܠܘܢ ܥܠ ܗܿܝ ܕܡܢ ܢܦܫܗܘܢ
ܡܢܗܘܢ ܐܩܝܡܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܩܝܠܝܩܝܐ܂
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܢ ܘܡܦܪܝܢܐ ܘܐܦܝܣ̈ܩܘܦܐ
ܕܥܡܗܘܢ܂ ܐܦ ܗܢܘܢ ܢܦܩܘ ܕܢܐܙܠܘܢ ܠܐܘܪܚܐ
ܒܐܘܪܚܐ ܐܚܪܬܐ܂ ܘܟܕ ܐܬܡܛܝܘ ܠܐܪܙܢܓܢ
ܡܕܝܢܬܐ܂ ܩܕܡ ܐܢܘܢ ܡܦܪܝܢܐ܂ ܡܛܠ
ܕܒܒܠܕܪ̈ܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܐܙܠ ܗܘܐ ܡܢ ܕܢܣܒ ܥܩܪ̈ܐ ܘܐܢܛܝܕܘܛܐ
ܘܡܫܚ̈ܐ ܕܫܚܝܢ ܠܬܫܡܫܬܐ܂ ܘܟܕ ܡܛܐ
ܠܬܡܢ܂ ܘܐܫܟܚ ܠܐܦܝ̈ܣܩܘܦܐ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܗܘܐ
ܠܗܘܢ ܐܬܪܐ ܠܡܥܠ ܘܠܡܬܚܙܝܘ ܩܕܡ
ܡܠܟ ܡ̈ܠܟܐ܂ ܘܗܕܐ ܡܢ ܦܪܢܣܘܬܐ ܗܘܬ
ܐܠܗܝܬܐ܂ ܟܕ ܐܢ ܓܝܪ ܥܠܘ ܗܘܘ܂ ܦܠܓܘܬܐ
ܪܒܬܐ ܗܘܬ ܗܘܬ ܒܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ܂
ܘܒܣܘܦܠܘܣ ܪܒܐ ܟܠܗ ܗܘܘ ܥܬܝܕܝܢ
ܦܠܓܘܬܐ܂ ܐܦܝ̈ܣܩܘܦܐ ܓܝܪ ܒܪ̈ܝܐ ܕܠܒܪ܂ ܠܩܝܠܝܩܝܐ
ܕܩܝܠܝܩܝܐ܂ ܡܛܠ ܕܠܐ ܒܨܒܝܢܗܘܢ
ܐܩܝܡܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܡܬܚܪܝܢ ܗܘܘ܂
ܗܢܘܢ ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܠܗܢܘܢ ܕܠܒܪ܂ ܡܛܠ
ܕܠܐ ܫ̈ܘܝܐ ܘܡܬ̈ܛܘܫܠܐ ܒܥܝܢ ܠܡܩܡܘ
ܢܦܫܝܢ ܗܘܘ܂ ܘܐܠܗܐ ܚܣ ܥܠ ܬܪ̈ܝܗܘܢ
ܘܩܪ̈ܝܒܐ܂ ܥܠܬܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܥܠܘ

senem Claudiæ Dioscorum Castri Zaid, Athanasium Lacabenæ, Ignatium Hesenmansuri et Ignatium Telæ Arsaniæ[1]; ac simul profecti sunt ad castra *Tatarorum*, ut alios accusarent quod propria auctoritate patriarcham in Cilicia constituissent. Patriarcha autem et maphrianus cum suis episcopis pariter ad castra per aliam viam profecti sunt; cumque ad Arzanganam[2] urbem pervenissent præcessit eos maphrianus, eo quod paraveredis publicæ administrationis vehebatur, utpote qui radices et antidota et unguenta ministerio suo utilia ferebat. Itaque, ad castra perveniens reperit ibi episcopos illos, quibus opportunitas nondum data fuerat ingrediendi et apparendi coram rege regum: quod divina providentia factum est; si enim ingressi fuissent, magnum schisma effectum fuisset in ecclesia Dei, et in summum discrimen pars utraque venisset. Quippe episcopi exteri Cilicienses accusabant, quod absque ipsorum consensu patriarcham constituissent; Cilicienses vero exteros reprehendebant, quod indignos et inquinatos præficere vellent. Deus vero et regnicolis *Ciliciæ* et exteris pepercit. Causa autem cur isti episcopi introducti non fuerint hæc fuit: monachus quidam Armenus in furto deprehensus fuerat, atque ob delictum suum sententia capitali plexus; hinc exivit edictum, ne monachus castra

1) ܬܠܐ ܕܐܪܣܢܝܐ *Tela Arsaniæ* seu ad Arsamuni fluvium de quo supra 616 not. 1.

2) ܐܪܙܢܓܢ *Arzangan* in Armenia, duorum dierum itinere distans ab Erzerum.

ܗܢܘܢ ܐܦܬܩܐ ܗܘܐ ܗܘܬ. ܕܢܛܘܪܐ ܐܠܦ
ܐܘܪܚܬܐ ܐܬܟܠܝܘ ܠܡܦܪܝܢܐ. ܘܐܬܟܪܝ
ܘܐܬܕܒܪ ܒܫܒܝܠܗ. ܘܒܝܘܡ ܕܥܠ ܒܫܘܩܐ
ܕܡܫܪܝܬܐ ܠܐ ܟܠܐܘ ܠܗܘܠܐܘ. ܠܡܠܟ ܡܠܟܐ ܕܡܢ ܠܐ
ܩܡ ܩܕܡܘܗܝ ܐܘܟܝܐ. ܡܠܟܐ ܕܡܫܪܝܬܐ
ܡܛܝ ܗܘܐ. ܘܐܬܐ ܐܘܪܚܢܐ ܕܐܝܟ ܕܗܘ ܗܘܐ.
ܫܩܠܘ ܡܢ ܡܨܪܝܐ ܕܚܠܒ ܠܐܪܡܢܝܐ. ܐܠܐ ܫܒܘ
ܡܢܗ ܡܢܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܗܘܠܝܢ. ܘܡܛܝܢ ܗܘܐ
ܐܦ ܫܠܝܚܐ. ܕܡܢܬܐ ܕܠܐ ܕܐܬܡܢܥܐ. ܐܠܐ
ܗܘܐ ܡܫܡܠܝܐ ܡܢ ܕܡܢܓܘܠܝܐ ܕܗܘ ܫܘܪܝܐ.
ܘܚܕܝ ܓܕܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܢܫܪܐ ܗܘܐ
ܘܐܘܕܥܗ. ܗܘܐ ܐܝܟ ܐܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܦܢܝܬܗ ܡܢܐ ܕܐܬܐ. ܘܫܡܥ ܕܗܘ
ܩܕܝܫ ܗܘ ܐܬܐ. ܘܐܡܪ ܠܘܬ ܡܠܟܘܬܐ
ܡܢܐ ܕܡܠܘܟܐ ܩܒܠ ܕܢܦܩ. ܢܛܘܪܐ
ܩܡ. ܗܘܐ ܐܬܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܣܘܪܝܝܐ
ܠܗܘܠܐܘ. ܘܩܡ ܠܟܠܗܘܢ ܐܘܪܚܬܐ ܕܠܐ
ܢܟܠܘܢ ܘܠܫܟܝܢܗ ܡܢ ܕܐܬܐ. ܘܐܬܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܣܩܦܐ ܕܥܡܗ. ܘܦܛܪܝܪ
ܘܡܦܪܝܢܐ ܒܠܚܘܕ ܠܒܫܘ ܐܣܟܡܐ. ܘܟܠܗ
ܥܠܘ ܐܟܚܕܐ. ܘܐܬܬܣܝܡܘ ܠܗܘܢ
ܟܘܪܣܝܐ ܘܒܬܪ ܫܠܡܐ ܝܬܒܘ. ܘܫܦܪ
ܐܣܟܡܗܘܢ ܠܡܠܟ ܡܠܟܐ. ܘܥܡ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܥܠ ܘܐܪܝܟ ܡܠܠ ܡܠܐ ܫܝܢܝܐ.
ܘܡܢ ܓܢܣܟܘܢ ܐܡܪ ܐܬܘ ܓܒܪܐ ܩܕܝܫܐ
ܠܘܬ ܐܒܘܢ ܫܢܓܝܙ ܚܢ ܡܠܟܐ ܩܕܡܝܐ
ܘܐܠܦܘܗܝ ܬܘܕܝܬܐ ܘܢܡܘܣܐ ܬܪܝܨܐ. ܘܒܬܪ ܣܓܝܐܬܐ ܢܦܩ

ingrederetur. Maphrianum non impediverunt viarum custodes propterea quod medicamina ferebat et medicorum more iter agebat. Quo igitur die ingressus est castra, eo coram rege regum Hulachu comparuit. Afferebat etiam nuntium quod rex Armenorum ab Aegyptiis eripuisset urbem nomine Sarmin, magnamque reportasset praedam, opes videlicet servos et ancillas; porro legatos mox adventuros qui partem *Mogulensium* castris debitam afferrent. Qua de re magnopere gravisus est aquila[1] ista. Exposuit maphrianus rem patriarchæ recens constituti : virum esse sanctum, qui jam adveniebat ad apprecationum primitias in illius obsequium deferendas. Quocirca jussit Hulachu[1] viarum custodibus ne, ubi adveniret, ipsi vel sociis ejus impedimentum ponerent. Advenit igitur patriarcha et episcopi qui cum eo erant; patriarcha vero et maphrianus soli dignitatis suæ ornamenta induerunt, quamquam omnes ingressi sunt simul : appositæ sunt eis sedes; et post salutationes sederunt. Placuit autem habitus eorum regi regum, atque cum patriarcha prolixe locutus est verbis pacificis : »ex gente vestra, *inquit*, venerunt viri sancti ad patrem nostrum Schingiz Khan, primum nostrum regem eumque docuerunt religionem legesque justas.» Tandem post plura, egressus

[1]) Hulachu tanquam domitor populorom rapax comparatur *aquilae*; quam vocem, Syriace ܢܫܪܐ heic e Codd. Cantabr. et Oxon. transcripsimus; istius enim loco Cod. Londin. amanuensis, forsan quod ejusdem applicationem haud caperet, spatium vacuum reliquit.

ܘܢܦܩܘ ܬܡܢ . ܘܦܩܕ ܦܘܩܕܢܐ ܠܡܟܬܒ
ܦܛܪܝܪܟ ܘܥܡܗ ܕܟܬܒܗ · ܘܢܦܩ ܦܘܩܕܢܐ .
ܕܢܬܟܬܒ ܣܓܠܝܘܢ ܠܦܛܪܝܪܟ . ܘܐܚܪܢܐ
ܠܡܦܪܝܢܐ . ܘܐܦ ܒܝܕ ܒܥܘܬܐ ܕܩܣܪܝܐ .
ܘܠܗ ܐܦ ܐܬܟܬܒ ܣܓܠܝܘܢ ܐܚܪܢܐ :
ܘܐܬܝܗܒ ܠܦܛܪܝܪܟ ܘܠܐܦܝܣ̈ܩܦܐ ܠܟܠܚܕ
ܡܐܢܐ ܝܩܝܪܐ .

ܘܐܡܦܩܘ ܡܢ ܐܘܪܕܘ . ܘܦܛܪܝܪܟ ܫܒܩ ܐܝܟ
ܠܛܘܪ ܥܒܕܝܢ . ܘܡܢ ܬܡܢ ܠܡܪܕܝܢ .
ܡܦܪܝܢܐ ܕܝܢ ܠܐܬܘܪ ܐܙܠ ܘܐܬܩܒܠ
ܡܢ ܒ̈ܝܬܝܐ ܘܒ̈ܪܝܐ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ
ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܐܘܪܕܘ ܟܕ ܥܠܘ ܗ̇ܘ
ܕܡܠܟܐ ܕܡܠ̈ܟܐ . ܐܙܠܘ ܠܕܝܪܐ .
ܕܒܪܨܘܡܐ ܘܐܦܩܘ ܩܠܐ ܣܟܠܐ . ܕܦܘܩܕܢܐ ܠܘܬ
ܢܦܩ ܠܢ . ܕܢܩܝܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܚܪܢܐ
ܘܡܦܪܝܢܐ ܐܚܪܢܐ . ܘܠܡܠܝܛܝܢܐ ܪܥܝܐ
ܐܚܪܢܐ ܢܩܝܡ . ܚܠܦ ܐܚܘܗܝ ܕܗܘ
ܕܐܬܬܣܝܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܩܝܠܝܩܝܐ . ܘܫܪܝܘ
ܩܕܡܝܬ ܠܗܘ ܕܚܣܢ ܙܝܕ ܡܦܪܝܢܐ
ܐܡܪ̈ܝܢ ܘܐܘܬܒܘܗܝ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ .
ܨܒܘܬܐ ܐܚܪܬܐ ܕܡܢ ܕܪ̈ܐ ܥܠܡܝܢܐ ܠܐ
ܐܫܬܡܥܬ ܕܒܡܥܪܒܐ ܡܢ ܐܦܝܣ̈ܩܦܐ
ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܕܠܐ ܦܛܪܝܪܟ ܘܕܠܐ ܨܒܝܢܐ
ܕܡܕ̈ܢܚܝܐ ܡܦܪܝܢܐ ܢܬܩܝܡ . ܘܥܠ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ
ܡܢ ܚܙܘ ܕܟܠܗ ܥܡܐ ܡܦܢܐ ܐܦܐ ܡܢ
ܗܘ ܕܟܦܪܘܛܝܐ . ܐܬܡܠܟܘ ܕܠܗܘ
ܕܩܠܘܕܝܐ ܠܡܥܒܕܗ . ܘܐܦܩܘ ܩܠܐ ܕܦܣܐ
ܠܟܠ ܐܪܡܝܘ . ܘܠܗ ܢܦܠܬ ܦܣܐ .
ܘܡܚܕܐ ܐܙܠܘ ܠܡܬܠܡܝܕܘ ܕܠܗ
ܠܦܪܘܛܘܣ . ܘܡܢ ܠܘܬ ܩܠܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ

est patriarcha cum comitibus; et prodiit edictum ut diploma conscriberetur patriarchæ unum, alterum maphriano; pariter rogatu praesulis Cæsareensis, ipsi quoque aliud conscriptum est diploma. Præterca patriarchæ et episcopis singulis data est res aliqua pretiosa.

Cum vero castris egressi essent, patriarcha concessit Turabdinum et exinde Mardinum; maphrianus autem in Assyriam profectus est, atque ab internis et extraneis (*jacobitis aliisque hominibus*) bene exceptus fuit. Interim ceteri episcopi qui e castris exierant quin apud regem regum admissi fuissent petierunt monasterium *Barsumæ*, et rumores divulgarunt plane insulsos: « edictum, aiebant, concessum est nobis, ut alium constituamus patriarcham aliumque maphrianum, alium etiam promoveamus pastorem Melitinae loco fratris illius qui in Cilicia patriarcha ordinatus est. » Hinc rem aggressi, primo præsulem Castri Zaid maphrianum proclamarunt et in throno extulerunt[1]: res insolita et a sæculis prorsus inaudita, ut in Occidente ab episcopis occidentalibus absque patriarcha et sine consensu Orientalium maphrianus constitueretur! Ad patriarchatum porro quod attinet, cum cernerent vulgus universum a præsule Cuphlidæ aversum esse, consilium inierunt ut præsulem Claudiæ eo insignirent, rumoremque sparserunt se misisse sortes et sortem illi favisse, ac tum eo

ܠܗܠ ܗܘ ܦܢܝܬܐ. ܠܡܠܝܛܝ ܟܕ ܗܘܘ ܕܢܬܩܪܘܢ.
ܘܟܕ ܢܦܩ ܕܠܐܩܦܝ ܫܡܥܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܬܛܝܪܐ ܠܗ ܠܡܦܪܝܢܘܬܐ. ܗܘ ܕܚܣܢܐ
ܫܒܩܗ ܘܐܬܦܢܝ. ܗܦܟ ܘܐܙܠ ܠܚܣܢܐ
ܡܪܥܝܬܗ. ܗܢܘܢ ܐܚܪ̈ܢܐ ܗܦܟܘ
ܠܥܘܡܪܐ.

ܘܒܬܪ ܝܘܡ̈ܬܐ ܩܠܝܠܐ ܟܕ ܫܡܥ ܗܘ
ܕܚܣܢܐ ܕܦܛܪܝܪܟ ܩܪܒ. ܫܕܪ ܠܘܬ ܗܘ
ܕܩܠܘܕܝܐ ܕܢܬܡܠܟܘܢ ܕܘܒܪܐ. ܘܥܕ ܠܐ
ܡܛܐ ܦܛܪܝܪܟ. ܘܕܘܒܪܐ ܐܚܪܢܐ ܡܥܕܪܢܐ
ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. ܐܠܐ ܕܢܦܩܘܢ ܠܐܘܪܥܗ
ܘܢܬܠܘܢ ܡܫܡܥܬܐ ܘܡܫܥܒܕܘܬܐ. ܘܢܦܩܘ ܪܘܚܐ
ܕܒܠܥܕ ܡܢ ܪܒܢ ܫܡܥܘܢ ܘܐܚ̈ܘܗܝ ܐܬܕܒܪܘ
ܒܩܛܝܪܐ ܘܥܒܕܘ ܡܕܡ ܕܥܒܕܘ. ܘܩܒܠ
ܐܢܘܢ ܦܛܪܝܪܟ. ܘܐܙܠ ܡܢ ܬܡܢ
ܠܡܠܝܛܝܢܐ. ܘܐܬܩܒܠ ܒܐܝܩܪܐ
ܘܩܘܠܣܐ. ܗܘܬ ܒܘܝܐܐ ܪܒܐ ܠܡܗܝܡ̈ܢܐ
ܕܬܡܢ. ܡܛܠ ܕܐܬܦܠܓܝ ܗܘܘ ܒܟܠ
ܚܫܐ ܕܡܬܦܠܓܝܢ ܗܘܘ ܠܡܥܒܕ ܗܢܘܢ
ܐܚܪ̈ܢܐ. ܘܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ ܣܠܩ ܠܥܘܡܪܐ
ܘܐܬܬܪܨ ܒܟܘܪܣܝܗ. ܘܦܪܩ ܐܦܐ ܕܗܘܢ
ܕܫܡܥ ܫܡܥܘܢܝܐ ܗܢܘܢ ܕܥܘܡܪܐ.
ܘܒܫܘܠܡܗ ܕܫܢܬܐ ܡܢ ܥܠܡ ܡܠܟ ܡܠܟ̈ܐ
ܗܘܠܐܘܢ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ. ܘܩܡ
ܚܠܦܘܗܝ ܒܪܗ ܡܠܟ ܡܠܟ̈ܐ ܐܒܩܐ. ܐܠܐ

assumpto Melitinam concesserunt, cum ibi proclamaturi. Verum, percrebescente fama patriarcham jam in eo esse ut adveniret, terror ipsos invasit, et non nisi Pharagum Lacabenensem illius civitatis *(Melitinae)* metropolitam proclamarunt; Castri autem præsul, qui maphrianus factus fuerat, *eos* reliquit et Castrum diœcesim suam repetiit; ceteri vero ad monasterium reversi sunt.

Post paucos dies, cum audisset episcopus Castri patriarcham appropinquare misit ad Claudianum ut cum ipso de agendi ratione deliberaret. At vix dum ille abierat, advenit patriarcha. Quare aliud ipsis consilium utile haud supererat, quam ut in occursum ejus pergentes, ipsi subjectionem et obedientiam præstarent. Se porro excusarunt dicendo se a Rabban Simeone ejusque fratribus vi perductos fuisse ad faciendum quodcumque fecerant. Admisit eos patriarcha; et inde Melitinam perrexit, ubi cum honore et plausu receptus fuit. Magnam experti sunt consolationem fideles hujus loci, quippe qui ob schisma quod ceteri parabant versabantur in luctu. A Melitina porro ascendit in cœnobium ubi in sede confirmatus fuit, et cœnobium ipsum e manu Simeonianorum eripuit. Vertente anno migravit ex hoc mundo rex regum Hulachu[1], atque in ejus locum successit filius ejus rex regum Abaka atque ad hujus obsequium

[1]) Hujus elogium hoc refert Barhebræus in *Chronici*, parte prima text. syr. 542; vers. lat. 567: « Anno 1576 *(Christi* 1265) ineunte jejunio quadragesimali migravit ab hoc sæculo rex regum Hulachu, cujus sapientiæ magnanimitati factisque præclaris nihil comparandum est. »

ܦܛܪܝܪܟ ܠܩܝܣܪܝܐ. ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܦܪܘܣܛܓܡܐ
ܐܚܪܢܐ . ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܘܥܘܡܪܐ .
ܘܟܕ ܢܣܒ ܗܕܐ ܘܬܒ ܒܥܘܡܪܐ ܐܬܚܪܝ
ܥܡܗ ܫܡܥܘܢ . ܘܢܣܒ ܐܦ ܗܘ ܦܪܘܣܛܓܡܐ
ܠܢܦܫܗ ܕܥܘܡܪܐ · ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܕܡܢ
ܐܒܘܗܝ ܡܬܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܥܘܡܪܐ ·
ܘܐܬܐ ܗܘ ܐܣܝܐ ܠܥܘܡܪܐ ܘܫܥܒܕܗ ܠܢܦܫܗ·
ܘܣܡ ܒܗ ܪܝܫܕܝܪܐ ܡܢ ܕܝܠܗ . ܦܛܪܝܪܟ
ܕܝܢ ܟܕ ܥܡܪ ܗܘܐ ܒܥܘܡܪܐ ܨܒ̈ܘܬܐ ܕܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܘܡܕܝܢ̈ܬܐ
ܒܠܚܘܕ ܡܕܒܪ ܗܘܐ . ܡܢ ܢܦܩܬ ܥܡܗ
ܥܘܡܪܐ ·

profectus est patriarcha. Concessum est ei aliud diploma, quo ei addicebantur et patriarchatus et cœnobium. Cumque hoc obtinuisset et iterum in cœnobio sedem fixisset, litem illi movit presbyter Simeon, atque ipse sibi per diploma cœnobium in donum accepit, quippe qui affirmabat cœnobium jam a patre ejus ipsi datum fuisse. Venit igitur medicus ille ad monasterium illudque sibi subjecit atque in eo archimandritam suo nomine constituit. Patriarcha vero quamquam habitabat in cœnobio, res ecclesiasticas episcoporum et diœceseon dumtaxat administrabat.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܢܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܕܗܘ ܫܡܥܘܢ ܐܚܘܗܝ
ܕܦܛܪܝܪܟ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܩܫ̈ܝܫܐ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟ
ܕܢܣܪ ܐܚܘܗܝ ܕܫܡܗ ܢܡܪܘܕ ܛܠܝܐ ܙܥܘܪܐ
ܕܠܐ ܡܩܒܠܐ ܦܘܪܫܢ ܠܡܛܪܢܘܬܐ . ܦܛܪܝܪܟ
ܕܝܢ ܐܬܟܠܝ ܒܙܥܘܪܘܬ ܫܢܘܗܝ ܘܠܐ
ܐܨܛܒܝ . ܐܠܐ ܙܒܢ ܡܛܪܢܘܬܐ ܠܗܘ
ܕܩܠܝܣܘܪܐ . ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܢܦܩ ܚܪܝܢܐ
ܒܝܬ ܦܛܪܝܪܟ ܠܩܫ̈ܝܫܐ . ܡܪܬܝ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܐܚܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟ ܠܦܛܪܝܪܟ ܕܠܐ ܢܩܝܡ
ܠܦܪܓ ܒܕܘܟܬܗ . ܡܛܠ ܕܙܒ̈ܢܝܢ ܬܪ̈ܬܝܢ
ܙܒܢ ܠܐ ܢܡܘܣܐܝܬ ܐܬܚܛܦ ܗܘܐ ܠܗ
ܡܠܝܛܝܢܐ · ܐܠܐ ܦܛܪܝܪܟ ܒܣܒܪܐ
ܕܢܣܚܦ ܠܗܘܢ ܠܩܫ̈ܝܫܐ ܕܩܫ̈ܐ ܥܠܝ
ܡܠܝܛܝܢܝܐ ܐܩܝܡܗ ܠܦܪܓ . ܐܦ ܓܝܪ
ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܗܘ ܕܩܘܦܠܝܐ . ܕܠܩܫ̈ܝܫܐ
ܢܩܝܦ ܗܘܐ ܕܠܦܛܪܝܪܟܘܬܗ . ܡܢ
ܡܢ ܥܠ ܣܒܪܗ . ܗܦܟ ܢܩܦ ܠܦܛܪܝܪܟ .

Sub id tempus obiit Gregorius, qui et Simeon, patriarchæ frater, Melitinæ episcopus. Tum presbyteri illi a patriarcha poposcerunt ut Melitinæ ordinaret suum e fratre nepotem, nomine Nemrod, puerulum discretionis nondum capacem; patriarcha autem, allegata istius ætate juniore, eum ordinare noluit, sed Melitinam Callisurensi adjudicavit. Quam ob causam grave dissidium *ortum est* inter patriarcham et presbyteros. Monuerat enim patriarchæ frater patriarcham ne in ipsius locum Pharagum sufficeret, eo quod jam semel et iterum Melitinam illegitime invaserat; at vero patriarcha ut spe dejiceret presbyteros Melitinenses, Pharagum etsi reluctantem præfecit. Porro, Theodorus Cuphlidæ, qui presbyteris illis adhæserat ut ab eis patriarcha renuntiaretur, cum sua eum spes fefelisset, ad patriarcham se convertit eique adhæsit; neque

ܘܠܐ ܫܒܩܗ ܕܢܫܒܘܩ ܠܙܒܢܐ . ܘܢܬܒ
ܒܫܠܝܐ ܥܕܡܐ ܕܗܘ ܡܪܝܐ ܢܫܠܡ ܗܘܐ
ܠܢܣܝܘܢܐ ܢܣܝܢܐ . ܐܠܐ ܐܠܨܗ ܕܢܟܢܘܫ
ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܕܝܪܝܐ ܘܢܐܙܠ
ܠܬܪܥ ܡܠܟܘܬܐ . ܘܢܚܪܪ ܠܥܘܡܪܐ ܡܢ
ܐܝܕܝ ܩܫ̈ܝܫܐ ܕܩܠܥܗ ܪܘܡܝܬܐ . ܘܥܒܕ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܟܢܐ . ܘܢܣܒ ܥܡܗ ܐܦܝ̈ܣܩ
ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܘܐܙܠ ܥܡܗܘܢ ܠܦܪܣ ܠܐܬܪܐ
ܠܕܘܟܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܣܝܗܟܘܗ . ܐܘܟܝܬ
ܛܘܪܐ ܐܘܟܡܐ . ܘܒܢܦܩܬܐ ܣܓܝܐܐ ܘܒܥܡܠܐ
ܪܒܐ ܐܫܪܪܘ ܠܗܝܡܢܘܬܗܘܢ ܒܫܪܪܐ ܠܘܬ
ܕܝܢܐ . ܘܐܬܦܣܩܘ ܠܐܣܝܐ ܫܡܥܘܢ
ܩܕܡ ܕܝܢܐ . ܘܐܬܝܗܒ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܐܓܪܬܐ
ܬܠܝܬܝܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܥܠ ܥܘܡܪܐ . ܘܦܩܕ
ܠܐܣܝܐ ܕܢܬܝܗܒ ܠܗ ܒܥܘܡܪܐ .
ܟܪܡܐ ܘܐܪܥܐ ܦܕܢܐ . ܠܡܫܠܡܘ ܦܘܩܕܢܐ
ܕܐܓܪܬܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܥܠ ܥܘܡܪܐ .
ܘܢܦܩܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܝ̈ܣܩܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ
ܒܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܘܐܬܘ ܠܥܘܡܪܐ . ܘܢܦܩܘ
ܕܒܝܬ ܫܡܥܘܢ .

ܘܝܬܒ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܥܘܡܪܐ ܙܒܢܐ ܡܕܡ .
ܘܬܘܒ ܐܬܚܪܐ ܫܡܥܘܢ ܡܫܥܢܐ . ܘܒܛܠ
ܠܡܕܡ ܕܒܥܡܠܐ ܪܒܐ ܘܒܢܦܩܬܐ ܣܓܝܐܐ
ܐܬܥܒܕ ܒܣܝܗܟܘܗ . ܘܢܣܒ ܠܗ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܬܡܢܥܣܪ ܐܬ̈ܘܬܐ ܣܘܡ̈ܩܬܐ .
ܘܢܣܒܗ ܘܐܬܐ ܗܘ ܦܪܨܘܦܐܝܬ ܠܥܘܡܪܐ
ܥܡ ܐܝܠܚܝ ܡܘܓܠܝܐ ܘܐܬܩܦ ܩܕܝܫܐ
ܡܫܠܛܢܘܬܐ . ܘܐܬܪܥܝ ܥܡ ܦܛܪܝܪܟܐ .
ܘܡܬܐܡܪܐ ܕܐܦ ܝܡܐ ܠܗ ܥܠ ܦܬܘܪ ܩܘܕܫܐ
ܕܬܘܒ ܠܐ ܢܬܢܨܐ ܥܡ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܥܠ

sivit hunc tempori cedere et quiete sedere donec Dominus probationis finem attulisset, sed incitavit eum ut congregaret synodum episcoporum et monachorum atque aulam regiam adiret immuneque redderet cœnobium a presbyteris Castri Romani. Quod revera fecit patriarcha. Assumptis igitur nonnullis episcopis et monachis, cum iis se contulit in Persidem ad locum appellatum Siahcuh seu montem nigrum. Multis autem expensis multoque labore veracitati suae fidem conciliare tandem potuerunt, medicumque Simeonem coram judice secum adduxerunt. Concessum tum fuit patriarchæ tertium diploma super monasterium; jussum vero fuit ut medico daretur in monasterio vinea et terræ jugerum ad implendam præscriptionem diplomatis quod habebat super monasterium. Exierunt igitur patriarcha, episcopi ac monachi magno cum gaudio et ad monasterium venerunt, e quo egressi sunt Simeoniani.

Commoratus est inde patriarcha in monasterio per aliquod tempus. Rursus autem litem movit Simeon et irritum reddidit quod magno labore expensisque multis in Siahcuh effectum fuerat; nam concessum illi fuit diploma octodecim signis rubris constans : quo accepto, venit ipse personaliter ad monasterium una cum legato Mogulensi rursusque domininm exercuit. Reconciliatus est ei patriarcha; imo fertur illi juravisse super altare sacrum se non amplius cum eo

ܟܠܗ ܕܝܢ ܗܢܐ ܥܡܠܐ ܘܣܘܓܦܢܐ ܣܪܝܩܐ
ܐܣܬܪܩܘ. ܘܟܕ ܗܟܢܐ ܗܘܘ. ܠܐܘܢ ܒܪ
ܡܠܟܐ ܗܝܬܘܡ ܕܩܝܠܝܩܝܐ. ܐܙܠ
ܠܡܫܡܫܬܐ ܕܡܠܟ ܡ̈ܠܟܐ. ܘܒܥܐ ܡܢܗ
ܕܢܟܬܘܒ ܦܪܘܛܓܡܐ ܠܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܐܬܟܬܒ
ܠܗ ܕܐܪܒܥ ܙ̈ܒܢܝܢ. ܘܫܕܪܗ ܗܘ ܒܪ
ܡܠܟܐ ܥܡ ܐܢܫ ܡܘܓܠܝܐ ܕܫܡܗ
ܩܘܪܕܩܐ ܗܓܡܘܢܐ ܕܩܝܠܝܩܝܐ. ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܡܢ ܕܝܠܗ. ܘܢܣܒܘܗܝ ܠܦܪܘܛܓܡܐ.
ܘܡܛܘ ܒܥܓܠ ܠܕܝܪܐ. ܘܐܕܪܟܘܗܝ
ܠܐܣܝܐ ܘܠܬܠܬܐ ܐܚ̈ܘܗܝ ܘܠܒ̈ܢܝܗܘܢ
ܟܠܗܘܢ ܒܕܝܪܐ. ܘܐܡܪ ܗܘ ܩܘܪܕܩܐ
ܠܐܣܝܐ. ܕܡܠܟ ܡ̈ܠܟܐ ܥܡ ܐܬܪܥܝ ܥܡ
ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܬܘܒ ܕܒܥܐ ܠܗ ܠܐܘܢ
ܠܕܝܪܐ. ܦܩܘܕܬܐ ܕܒܐܝܕܝܟ ܡܢ ܡܠܟܐ.
ܘܟܕ ܣܓܝ ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ ܕܐܦ ܡܬܚܡܨ ܠܗ
ܠܦܛܪܝܪܟܐ ܠܐܫܬܡܥ. ܘܒܬܪ ܢܣܒ ܐܣܝܐ
ܫܪܟܐ ܕܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܢܦܩ ܗܘ ܐܣܝܐ
ܠܐܚ̈ܘܗܝ ܘܠܒ̈ܢܘܗܝ ܘܢܦܩ ܡܢ ܕܝܪܐ.
ܘܠܡܢܗܘܢ ܫܕܪ ܠܩܠܥܗ ܪܗܘܡܝܬܐ.
ܠܡܢܗܘܢ ܕܝܢ ܠܡܫܪܝܬܗ ܐܘܒܠ ܠܬܪܬܐ. ܘܫܪܝ
ܡܙܝܥ ܟܠ ܫܘܦ ܠܡܣܬܪܘ ܡܕܡ ܕܫܟܠܠ
ܒܪ ܡܠܟܐ.

ܗܠܝܢ ܒܩܝܛܐ ܕܗܘܝ ܗ̈ܘܝ. ܘܒܬܫܪܝܢܐ
ܐܬܐ ܐܣܝܐ ܐܢܫ ܝܘܢܝܐ ܡܢ ܒ̈ܢܝ ܡܠܝܛܝܢܐ
ܕܫܡܗ ܥܡܕܐ ܒܪ ܦܐܦܐ. ܘܐܦܩ ܩܠܐ
ܕܫܡܥܘܢ ܐܣܝܐ ܡܬܦܪܣ ܬܘܒ ܦܪܘܛܓܡܐ.

de monasterio litigaturum. Postquam ergo omnis iste labor atque expensæ cessissent in cassum, rebus ita se habentibus, Leo, Haytonis Ciliciæ regis filius, ad obsequium regis regum se contulit[1], eumque rogavit ut patriarchæ diploma conscriberet, quod ei quarta jam vice conscriptum est. Misit illlud filius regis per virum Mogulensem nomine Curdecam, Ciliciæ præfectum, aliosque e suis: qui, accepto diplomate, celeriter pervenerunt ad cœnobium. Porro medicum ipsum, duos ejus fratres eorumque filios omnes assecuti sunt in cœnobio. Dixit autem Curdeca medico : « rex regum patriarcham gratiose habuit, eique rursus ad petitionem Leonis filii regis monasterium restituit, præcipiens ut diploma quod in manu tua versatur patriarchæ tradas. » Postquam plurimum abnuere tentasset, medicus assumptis fratribus suis ac filiis egressus est e monasterio; illorum porro alios ad Castrum Romanum misit, alios secum adduxit ad castra *Mogulensium*, cœpitque omnem movere lapidem ut destrueret quod filius regis perfecerat.

Acta sunt hæc æstivo tempore. In autumno autem venit medicus quidam græcus, genere Melitinensis, nomine Imad Barpapa, qui rumorem sparsit Simeonem medicum rursus diploma

[1]) Anno 1269 mense julii, ut refertur in *Chronici* part. I, vers. lat. p. 672.

ܘܩܢܝܐ ܕܠܐ ܟܘܡܠܐ ܢܣܒ ܗܘܐ . ܐܠܐ
ܐܫܬܘܕܝܘ ܗܘܘ ܕܢܬܠܘܢܝܗ . ܦܛܪܝܪܟ
ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܕܬܘܒ ܠܫܡܥܘܢ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܥܠ
ܕܝܪܐ ܡܩܝܡܝܢ . ܠܐ ܐܡܪܚ ܡܩܘܝܘ ܒܡܬܥܒܕܢܘܬ
ܒܕܘܝܪܐ . ܐܠܐ ܥܪܩܗ ܠܩܝܠܝܩܝܐ
ܐܡܫܠ . ܘܟܠܗ ܣܬܘܐ ܬܡܢ ܗܘܐ ܘܐܒܝܒܐ .
ܘܒܩܝܛܐ ܢܣܒ ܗܘ ܐܣܝܐ ܦܪܡܢܐ . ܘܐܝܙܓܕܐ
ܡܘܓܠܝܐ ܘܫܕܪܗ ܥܡ ܐܚܘܗܝ ܘܒܪ
ܐܚܘܗܝ ܠܥܘܡܪܐ . ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܗܘ
ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܕܩܘܦܠܝܕܐ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟ ܗܘܐ
ܒܩܝܠܝܩܝܐ . ܘܟܕ ܐܘܪܟ ܙܒܢܐ ܘܐܢܫ ܕܠܐ
ܐܬܐ ܐܢܫ . ܕܓܠܐ ܐܫܬܥܝܬ ܥܠܘܗܝ ܐܣܝܐ ܝܘܢܝܐ
ܡܟܝܠ ܗܘ . ܦܣܩܗ ܦܛܪܝܪܟ ܪܝܫ
ܕܝܪܘܬܐ ܠܬܐܘܕܘܪܘܣ ܘܫܕܪܗ ܠܥܘܡܪܐ
ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܕܥܠ ܬܐܘܕܘܪܘܣ
ܠܥܘܡܪܐ . ܦܬܟܡ ܕܝܢ ܒܗ ܒܫܥܬܐ ܡܢ
ܕܝܬܒ ܗܘܐ ܘܣܡܘ ܠܗ ܦܬܘܪܐ ܕܢܠܥܣ ܡܛܘ
ܐܦ ܕܒܝܬ ܫܡܥܘܢ ܘܥܡܗܘܢ ܐܝܙܓܕܐ
ܡܘܓܠܝܐ . ܘܟܕ ܐܬܚܙܝܘ ܒܓܙܪܬܐ ܕܩܕܡ
ܥܘܡܪܐ ܥܪܩܘ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܘܕܝܠܗ ܥܡܗ
ܒܬܪܥܐ ܬܚܬܝܐ . ܘܥܪܩܘ ܠܥܘܡܪܐ ܕܐܒܘ
ܓܠܒ . ܘܢܦܩ ܥܡܗܘܢ ܐܦ ܗܘ
ܐܝܓܢܛܝܘܣ ܕܚܣܢܡܢܨܘܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܠܥܡܗܘܢ . ܘܒܬܪ ܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ ܫܕܪܘ
ܕܒܝܬ ܫܡܥܘܢ . ܘܐܥܠܘܗܝ ܠܪܝܫܐ
ܠܥܘܡܪܐ . ܘܬܐܘܕܘܪܘܣ ܐܙܠ ܠܥܘܡܪܐ ܕܫܝܪܐ
ܕܥܠ ܓܦܐ ܕܦܪܬ ܕܥܡܪ ܠܗ ܥܕܡܐ
ܠܝܘܡܢܐ .

ܘܦܛܪܝܪܟ ܕܝܢ ܒܩܝܠܝܩܝܐ ܡܢ ܡܬܥܟܒ
ܘܡܬܝܩܪ ܥܠ ܡܠܟܐ ܘܪܘܪܒܢܐ ܕܐܬܡܢ

accepisse, quamvis revera nondum obtinuisset nisi concessionis promissionem. Patriarcha autem, audiens Simeonem rursum præficiendum fore, non amplius in monasterio commorari ausus est, sed celeriter in Ciliciam se contulit ibique tota hieme et verno permansit. Aestate porro sequenti, medicus diploma obtinuit legatumque Mogulensem, quem cum fratre fratrisque filio misit ad cœnobium. Interea temporis, Theodorus Cuphlidæ erat apud patriarcham in Cilicia; cum vero mora interponeretur et neminem advenire animadverterent, falsus ipsis visus est rumor medici græci. Itaque patriarcha adjudicavit cœnobii præfecturam Theodoro eumque ad cœnobium misit. Ast eodem die quo Theodorus in monasterium advenit, imo ipsissima hora, qua considebat et ei mensam apponebant ut pranderet, advenerunt etiam Simeoniani una cum legato Mogulensi; qui cum in insula ante monasterium sita visi fuissent, evaserunt Theodorus ejusque fautores per portam inferiorem atque effugerunt versus cœnobium Abugalebi. Cum eis pariter exivit Ignatius, Hesenmansurí episcopus, eorum sortis particeps factus; sed post duos dies Simeoniani miserunt ad præsulem eumque in cœnobium reduxerunt. Theodorus autem concessit in monasbium Schiræ ad ripas Euphratis, ubi adhuc habitat, hodiedum.

Patriarcha interim in Cilicia commoratus est, honore ibidem et gratia utens apud regem et magnates. Post-

ܘܟܕ ܠܬܠܬ ܫܢܝܢ ܕܝܬܒ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܒܩܝܠܝܩܝܐ . ܘܚܙܘ ܕܥܡܠ ܣܥܘܪܝܗܘܢ ܕܠܗ
ܗܠܡܐ ܡܬܩܒܠܝܢ ܣܚܕܪܐ ܕܒܕܘܟܝܐ ܡܢ
ܡܗܝܡܢܐ ܕܫܡܥܘܢܝܐ . ܘܐܦ ܗܘ ܦܛܪܝܪܟ
ܢܣܒ ܦܠܚ ܒܪ̈ܩܝܢ ܕܢܩܦ ܕܠܐ ܢܩܒܠܘܢ
ܐܢܘܢ . ܐܬܐܠܨܘ ܘܫܕܪܘ ܠܐܝܓܢܐܛܝܘܣ
ܕܚܣܢ ܡܢܨܘܪ ܠܘܬܗ ܕܦܛܪܝܪܟ ܕܢܬܪܥܐ
ܥܡܗܘܢ . ܘܢܐܬܐ ܢܥܡܪ ܒܥܘܡܪܐ . ܘܢܗܘܐ
ܠܗܘܢ ܐܒܐ ܘܢܫܬܡܥܘܢ ܠܗ . ܘܦܛܪܝܪܟܐ
ܐܫܝܢ ܥܡܗܘܢ . ܘܟܬܒ ܐܓܪܬܐ ܕܫܝܢܐ
ܠܗܘܢ . ܘܫܕܪܗ ܠܡܠܝܛܝܢܐ . ܘܐܬܩܪܝܬ
ܥܠ ܡܐܡܪܐ .

ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܦ ܗܘ ܩܫܝܫܐ ܝܥܩܘܒ
ܡܢ ܐܬܩܪܝ ܡܢ ܡܠܟܐ ܒܣܘܥܪܢܐ ܡܕܡ .
ܐܙܠ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪܟ ܘܗܘܐ ܒܝܢܬܗܘܢ ܚܘܒܐ .
ܘܐܫܬܘܕܝ ܦܛܪܝܪܟ ܕܢܐܬܐ ܠܥܘܡܪܐ . ܘܐܙܠ
ܗܘ ܩܫܝܫܐ ܠܐܘܪܕܘ ܘܦܓܥ ܒܐܚܘܗܝ . ܘܐܦ
ܐܦ ܠܘܬ ܡܦܪܝܢܐ ܒܡܪܐܓܗ ܡܕܝܢܬܐ
ܘܐܠܨܗ ܘܕܒܪܗ ܘܐܬܐ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ
ܒܪܨܘܡܐ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܦܛܪܝܪܟ ܫܕܪ ܐܓܪܬܐ
ܕܚܘܒܐ ܠܘܬܗ ܕܡܦܪܝܢܐ . ܘܐܓܪܬܐ ܓܘܢܝܬܐ
ܠܘܬ ܟܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܗܝ ܐܬܪܐ . ܕܢܦܩܘܕ
ܦܛܪܝܪܟ ܢܛܠܐ ܗܘ ܡܦܪܝܢܐ ܚܠܦܘܗܝ ܕܐܬܪܐ
ܕܩܝܛܐ ܗܘܐ . ܝܬܒ ܒܥܘܡܪܐ ܐܝܟ ܬܪܝܢ
ܝܪ̈ܚܝܢ . ܘܒܐܝܠܘܠ ܐܙܠ ܠܩܝܠܝܩܝܐ
ܘܥܡܗ ܗܢܐ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܚܣܢܡܢܨܘܪ
ܘܐܢܕܪܐܘܣ ܕܩܠܝܣܘܪܐ . ܘܢܡܪܘܕ ܡܫܡܫܢܐ ܒܪ
ܐܚܘܗܝ ܕܪܒܢ ܫܡܥܘܢ . ܘܗܘܘ ܡܫܬܥܝܢ
ܕܦܛܪܝܪܟ . ܘܚܘܝ ܦܛܪܝܪܟ ܐܓܪ̈ܬܐ ܕܡܦܩ̈ܢܐ
ܕܩܠܝܩ ܕܡܠܟܘܬܐ ܠܠܡܣܐ ܐܬܐܠܨܘ ܕܗܘ

quam autem jam tribus annis patriarcha in Cilicia commoratus esset, et cernerent Simeoniani cœnobii visitatores nullibi a fidelibus libenter suscipi, imo ipsum patriarcham ad varia loca scripta transmittere ne susciperentur, eo isti redacti sunt ut Ignatium Hesenmansuri ad patriarcham mitterent, ut ipsis reconciliaretur, in cœnobium ad habitandum se conferret et pater ipsis esset cui obedirent. Patriarcha igitur pacem sancivit et scriptam ad eos communionis epistolam Melitinam misit ubi e suggestu prælecta fuit.

Post hæc insuper presbyter Jacobus, a rege propter quoddam negotium vocatus, ad patriarcham perrexit, atque inita inter eos amicitia, promisit patriarcha se ad cœnobium iturum. Abiit deinde presbyter ille ad castra *Mogolorum* et fratri suo occurrit; pariter maphrianum in urbe Maraga adiit, eumque coactum assumpsit secum et ad monasterium Mar Barsumæ se contulit. Quo audito, patriarcha misit amicitiæ litteras ad maphrianum, universalem vero epistolam ad omnes illius regionis præsules, jubens ut patriarchæ vices gereret maphrianus; qui quia æstas erat, in cœnobio duobus circiter mensibus habitavit; deinde mense Ilul *(Septembri)* in Ciliciam perrexit cum Ignatio Hesenmansuri episcopo, Andrea Callisuræ et Nemrod diacono Rabban Simeonis e fratre nepote. Dum familiariter cum patriarcha conversabantur, patriarcha maphriano ostendit

[illegible]

Melitinensium litteras accusatorias adversus Athanasium episcopum, alias Pharagum, olim Lacabenæ episcopum. Porro maphriani consensu Pharagum e sede Melitinensi deposuit, et Nemrod ordinavit Melitinæ metropolitam in monasterio Gavicathæ, die dominica, prima Teschrin prioris *(Octobris)* anni Græcorum 1585 (*Christi* 1273), eumque Philoxenum appellavit. Maphrianus autem cum secum adduxit Melitinam atque inthronizavit. Melitinenses vero eum exceperunt cum gaudio, ob suum in Pharagum odium.

[illegible]

Eodem anno obiit Dionysius senex Claudiæ, alias Saliba Haripha, qui paralysi laborabat.

[illegible]

Anno Græcorum 1588 *(Christi 1277)*, ubi Bondecdar[1], Ægypti dominus, Beth-Romæorum regionem invasisset, Arabes ubiquê locorum supra christianos caput extulerunt, et non nisi minimum Ægyptii signum expectabant ut christianos perderent. Hunc in finem filii Raschid-Aldin qui Melitinæ præerant jam ad Ægyptium legationem miserant, mandatum quærentes deprædandi christianos, eo pacto auxilium eidem missuri. Ille vero per nuntium respondit eis : « ego nequaquam propter prædam ingressus sum regionem Beth-Romæorum, sed ut arabicam gentem liberem e servitute Tatarorum. Vos ergo neminem lædatis, alioquin ipsi videritis! » At-

(1) Expeditio Bondecdari narratur in hujus *Chronici* part. I, text. syr. 556, vers. lat. 583.

ܒܗܝܢ ܡܢ ܠܒܒ ܡܝܬܪܢܐ ܕܝܠܗ ܒܝܬ
ܪ̈ܘܡܝܐ . ܘܐܬܝܕܥܬ ܡܐܬܝܬܐ ܕܛܛܪ̈ܝܐ .
ܙܥܘ ܗܠܝܢ ܒܝ̈ܫܐ . ܘܐܬܛܝܒܘ ܕܢܥܪܩܘܢ
ܠܣܘܪܝܐ .

ܘܒܗܘܢ ܒܝܘܡܬܐ ܡܢ ܕܚܠ ܪܒܢ
ܝܥܩܘܒ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ
ܥܠ ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ
ܕܡܠܝܛܝܢܐ . ܫܕܪ ܓܒܪ̈ܐ ܡܙܝܢܐ
ܕܢܦܩܘܢ ܠܡܠܝܛܝܢܝ ܕܢܦܩܘܢܝܗܝ
ܠܪܫܐ . ܘܟܕ ܐܬܘ ܫܪܘ ܒܕܝܪܐ ܕܪܗܛܐ .
ܘܢܦܩ ܪܝܫܐ ܘܢܡܘܣܝܩܘܣ ܠܓܢܬܐ ܥܠ
ܓܢܐ ܕܢܥܪܩܘܢ ܒܠܠܝܐ . ܒܢ̈ܘܗܝ ܕܪܫܝ
ܕܐܠܕܝܢ . ܟܕ ܫܡܥܘ ܕܓܒܪ̈ܐ ܡܙܝܢܐ
ܐܬܘ ܠܕܝܪܐ . ܣܒܪܘ
ܕܡܛܠܬܗܘܢ ܐܫܬܕܪܘ . ܐܝܟܢܐ ܕܟܕ ܢܦܩܘܢ
ܥܠ ܡܕܝܢܬܐ ܠܡܥܪܩ . ܢܐܚܕܘܢ ܐܢܘܢ
ܘܢܘܒܠܘܢ ܟܦܝܬܝܢ ܠܘܬ ܛܛܪ̈ܝܐ .
ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܢܫܘ ܚܝܠܐ ܕܛܘܪ̈ܟܝܐ . ܘܐܙܠܘ
ܥܠܝܗ ܠܕܝܪܐ ܕܪܗܛܐ ܕܢܣܝܒܘܢ . ܘܟܕ
ܐܪܓܫܘ ܕܝܪ̈ܝܐ ܢܣܒܘ ܡܢܝ̈ܢܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܘܢܦܠܘ ܠܘܬ ܛܘܪ̈ܟܝܐ . ܘܐܬܩܛܠܘ
ܬܡܢܝܐ . ܘܐܬܦܠܛܘ ܫܪܟܐ ܕܝܪ̈ܝܐ
ܠܕܝܪܐ ܕܒܪܨܘܡܐ . ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܨܒܘ ܕܢܫܒܩܘܢ
ܠܩܢܝ̈ܢܐ ܘܢܥܪܩܘܢ . ܘܛܘܪ̈ܟܝܐ ܥܠܘ ܘܒܨܘ
ܠܡܕܝܢܬܐ . ܘܐܫܬܟܚܘ ܦܠܚܐ ܡܢ ܒܬܪܗ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܒܠܒܘܫ ܦܠܚܘܬܐ ܟܕ ܡܪܒܐ
ܘܠܐ ܐܫܬܘܕܥܘܗܝ . ܡܛܠ ܕܡܪܟܒܬܐ
ܠܟܬܦܗ ܗܘܐ ܡܪܐ ܐܥܠܘܗܝ ܐܝܟ

que ita, ea quam ostendit animi magnitudine, nefarium istorum impetum repressit. Porro postquam discesserat Ægyptius e regione Beth-Romæorum, et Tatarorum adventus innotuerat, exterriti sunt isti nefarii et fugam in Syriam pararunt.

Illis diebus Rabban Jacob, cœnobii Mar Barsumæ archimandrita, suo ex fratre nepoti Philoxeno, Melitinæ episcopo, timens, Melitinam servos armatos transmisit qui præsulem istum educerent. Hi cum advenissent, in monasterio « Cursoris » hospitati sunt, et exivit præsul cum legisperito in hortum quemdam ut nocte evaderent. Filii autem Raschid-Aldin, cum audissent servos armatos venisse e monasterio, putarunt eos propter se missos fuisse in hunc finem ut dum ipsi ad fugam capessendam civitate exirent, comprehenderentur ab eis et vincti perducerentur ad Tataros. Quapropter comparata Turcarum copiosa manu ad subjugandos servos in cœnobio « Cursoris » profecti sunt. Quod ubi resciverunt servi, assumptis bonis suis exierunt e monasterio et in Turcas inciderunt. Necati sunt e servis viri octo, qui noluerant bona sua relinquere ut fugerent; reliqui vero fugerunt et ad cœnobium *Barsumæ* pervenerunt. Porro Turcæ urbem ingressi conquisierunt diligenter præsulem; sed eum non invenerunt, quippe quem sub vesperam operarii quidam suis vestibus induissent, et malleo in humero imposito in urbem introduxissent, quin eum quisquam

ܠܒܣܣܗܘܢ. ܘܩܘܝ ܠܗ ܦܛܪܝܪܟܐ ܟܠ ܡܛܠܗ
ܘܐܠܨܘܗܝ ܠܐܘܠܨܢܐ ܡܢ ܠܐ ܐܝܟ ܡܫܘܚܬܐ.
ܘܩܥܕ ܗܘ ܫܢܝܐ ܒܐܘܪܚܬܐ ܙܥܘܪܐ ܡܢ
ܡܛܠܬܐ ܘܥܪܩ ܡܢ ܒܝܬ ܠܒܝܬ ܠܡܥܪܬܐ
ܕܐܦ ܒܩܘܩܝܐ ܕܫܘܪܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܠܘܬ
ܐܬܛܫܝ. ܘܟܕ ܥܪܩܘ ܒܢ̈ܝ ܪܫܝܕ ܠܕܝܢ·
ܛܝ̈ܝܐ ܗ̇ܢܘܢ ܕܩܘܝܘ ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܕܚܠܬܐ
ܕܥܠ ܢܦܫܗܘܢ. ܐܫܟܚܘܗܝ ܠܪܝܫܐ ܘܐܬܟܫܦܘ
ܠܗ. ܘܐܘܕܥܘ ܕܠܐ ܫܦܪܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ
ܥܒܕܬܐ ܕܒܢ̈ܝ ܪܫܝܕ. ܘܫܐܠܘ ܡܢܗ
ܡܘܡܬܐ. ܘܝܡܐ ܐܦ ܗܢܘܢ ܠܗ. ܕܐܝܟ
ܕܥܡܗ ܚܝ̈ܐ ܘܡܘܬܐ. ܘܩܒܠ ܠܗܘܢ
ܗܘ ܡܫܢܐ. ܘܕܒܪ ܡܢܗܘܢ ܐܢܫ̈ܝܢ.
ܘܐܙܠܘ ܐܟܚܕܐ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܡܠܟ ܡܠܟ̈ܐ.
ܘܐܡܪ ܡܫܢܐ. ܕܗܠܝܢ ܟܠ ܥܘ̈ܠܐ ܕܠܐ ܬܪܝܨ
ܗܘܐ ܠܒܗܘܢ ܥܪܩܘ. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܩܘܝ
ܐܢܫ̈ܐ ܐܢܘܢ ܛܒ̈ܐ. ܘܐܬܝܗܒ ܠܗܘܢ ܦܘܩܕܢ
ܕܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܠܚܕܐ. ܘܗܦܟܘ ܒܫܠܡܐ
ܠܡܠܝܛܝܢܐ.

agnoverit. Permansit ita præsul in angustiis maximis, se abscondens fugiensque de domo in domum, eo usque ut etiam in canali muri urbis latitare debuerit. Deinde vero cum fugissent filii Raschid-Aldin, Arabes qui in urbe remanserant, vitæ suæ timentes, invenerunt præsulem, eum demisse reveriti sunt, significaruntque se gratum haud habuisse facinus filiorum Raschid, et petierunt ab eo juramentum vicissimque ei jurarunt ipsos cum eo et in vita et in morte futuros. Assensit eis præsul, et assumens nonnullos eorum simul profecti sunt ad obsequium regis regum. Dixit porro præsul: „nefarii illi, quorum consilium rectum non erat, fugerunt; isti vero qui remanserunt, viri boni sunt.“ Concessum igitur est eis diploma valde benignum, et reversi sunt Melitinam in pace.

ܘܒܫܢܬ ܐܦܨܒ̄ ܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܐܡܝܪܐ
ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܕܪܒܢ ܝܥܩܘܒ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܥܘܡܪ
ܒܪܨܘܡܐ ܠܘܬ ܪܝܫܐ ܕܛ̈ܛܪܝܐ ܕܒܒܝܬ
ܪ̈ܗܘܡܝܐ. ܕܫܠܝܛ ܗܘ ܡܛܠܬܐ ܘܡܣܦܩ ܐܦ
ܙܘܕܐ ܢܗܘܐ ܠܓܝ̈ܣܐ ܕܐܬܝܢ ܡܢ ܣܘܪܝܐ
ܘܡܟܡܢܝܢ ܒܛܘܪ̈ܐ ܕܚܕܪ̈ܝ ܠܥܘܡܪܐ. ܘܟܕ
ܐܬܕܝܢ ܗܘ ܪܒܢ ܝܥܩܘܒ ܥܡܗܘܢ
ܒܡܕܝܢܬܐ ܐܬܒܗܬܘ ܗ̇ܢܘܢ ܩܪ̈ܨܐ ܘܐܬܚܝܒܘ.
ܘܗܘ ܪܝܫܕܝܪܐ ܙܟܝܐ ܐܫܬܟܚ.
ܘܒܚܕܘܬܐ ܕܠܒܐ ܗܦܟ ܠܥܘܡܪܐ.

Anno 1592 (*Christi* 1281) Melitinæ præfecti accusarunt Rabban Jacob cœnobii Mar Barsumæ archimandritam apud Tatarorum principem, in regione Beth-Romæorum imperantem, quod cibos, præsidium et arma præberet prædonibus e Syria venientibus qui in montibus circa cœnobium insidias struebant; cum autem Rabban Jacob cum eis in judicio comparuisset, confusi sunt delatores illi atque damnati; ipse vero archimandrita innocens declaratus et cum cordis alacritate ad cœnobium reversus est.

ܘܒܫܢܬ ܐܦܨܓ ܕܝܘ̈ܢܝܐ . ܐܬܟܪܗ
ܒܗܝܕܪܘܦܝܩܐ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܙܠܦ ܡܢܝܐ ܒܝܘܡ̈ܬܐ ܕܩܝܛܐ . ܘܐܬܢܦܚ
ܟܠܗ ܦܓܪܗ . ܘܟܕ ܦܣܩ ܣܒܪܐ ܡܢ ܚ̈ܝܐ
ܙܒ̈ܢܝܐ . ܫܕܪ ܐܓܪ̈ܬܐ ܠܬܒܪܝܙ ܠܘܬ
ܡܦܪܝܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܕܠܡܘܬܐ ܐܘ ܠܚ̈ܝܐ
ܝܬܝܪ ܩܪܝܒ ܐܢܐ . ܡܕܝܢ ܐܢ ܡܨܐ ܐܢܬ ܗܘ
ܠܡܐܬܐ ܘܠܡܬܒܛܠ ܒܕܘܒܪܢܐ ܕܝܠܝ ܘܕܟܘܪܣܝܐ
ܠܥܕܬܐ ܡܥܕܪܬ . ܘܐܝܟܢܐ ܕܗܘ ܠܒܝ ܗܘ
ܡܣܟܝܐ ܪܘܚܝ . ܘܡܛܠ ܕܩܪܝܒ ܗܘܐ
ܣܬܘܐ ܘܐܫܬܓܫܘ ܐܘ̈ܪܚܬܐ ܗܘ̈ܝ . ܠܐ
ܐܫܟܚ ܡܦܪܝܢܐ ܠܡܐܙܠ . ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ
ܝܩܪ ܟܘܪܗܢܐ ܥܠ ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܫܢܝ ܡܢ
ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܒܝܘܡ ܬܠܬܐ ܒܫܒܥܣܪ
ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ . ܫܢܬ ܐܦܨܕ ܕܝܘ̈ܢܝܐ .
ܒܕܝܪܐ ܕܦܩܣܝܡܛܐ ܕܒܩܝܠܝܩܝܐ . ܘܒܗ
ܒܥܕܬܗ ܐܬܩܒܪ .

Anno Græcorum 1593 (*Christi* 1282) patriarcha Mar Ignatius tempore æstatis hydropisis morbum contraxit, quo totum corpus ejus intumuit. Jam amissa vitæ temporalis spe, litteras misit Taurizum ad maphrianum dicens ei : « morti jam propior sum quam vitæ. Quare si huc venire possis ut mei ipsius ac sedis curam geras, adventus tuus multum ecclesiæ proderit : atque ita vere te exspectat spiritus meus. » Verum quia prope erat hiems et viæ turbabantur, maphrianus proficisci nequivit. Paulo post ingravatus est morbus patriarchæ, qui migravit ex hac vita feria tertia, die decimaseptima Teschrin posterioris (*Novembris*) anni Græcorum 1594 (*Christi* 1282) in cœnobio Phaximatæ in Cilicia, atque in illius ecclesia sepultus est.

ܒܬܪ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ . ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܕܗܘ
ܢܡܪܘܕ .

97. *Post Ignatium*, PHILOXENUS, *alias* NEMROD.

ܡܢ ܒܬܪ ܕܫܢܝ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܗܘ
ܝܫܘܥ . ܣܓ̈ܝܐܐ ܐܪܝܡܘ ܪܝܫܐ ܒܫܘܒܗܪܐ
ܕܠܡܘܒܠܘ ܪܝܫܢܘܬܐ . ܒܪܨܘܡܐ ܓܝܪ ܪܝܫ ܕܝܪܐ
ܕܓܘܝܟܬܐ . ܣܒܪ ܕܒܠܘܬܗ ܢܐܬܘܢ
ܟܢܘܫܝܐ ܕܐܦ̈ܝܣܩܘܦܐ . ܘܗܘ ܢܬܓܒܐ . ܐܝܟܢܐ
ܕܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܪܝܫ ܕܝܪܐ
ܕܓܘܝܟܬܐ ܐܬܓܒܝ . ܘܗܘ ܕܩܣܪܝܐ ܕܗܘ
ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܡܢܝܠ ܪܚܝܡܐ ܕܡܢ
ܡܠܝܛܝܢܐ . ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܫܪܒܬ ܩܫ̈ܝܫܐ

Post obitum Mar Ignatii seu Josue, plures ut principem locum obtinerent superbe caput extulerunt. Etenim Barsumas, monasterii Gavicathæ archimandrita synodum episcoporum sperabat apud se celebratum seque electum iri, quemadmodum Ignatius dum erat Gavicathæ archimandrita fuerat electus. Ex alia parte, Cæsariensis *præsul* Jacob Bar Manil Rahia, Melitina oriundus, qui non erat ex genere archipresbyterorum veterum

[illegible]

— et de quo inde ab adolescentia bonum non ferebatur testimonium, semoto pudore et conscientiæ dictamine, viginti argenteorum millia præfectis spopondit ut patriarcha ficret. Tunc Jacobus, Castri Romani presbyter, durante hac hyeme asperrima, paucis ab obitu decessoris diebus, in cœnobium Barsumæ tres accersivit episcopos, quorum diu jam vastatæ erant diœceses, Gubensem videlicet, Callisuranum et Gargarensem : iisque vi illata, fratris sui filium Philoxenum, alias Nemrod, constituit patriarcham eodem anno Græcorum 1574 (*Christi* 1283), die præsentationis Domini in templo. Deinde eum secum perduxit ad Samagarnavinum in vicinia tunc degentem, et reliqua pro libitu suo inique perfecerunt; quippe ab eo legatum acceperunt qui in Altak[1] apud regem regum perrexit; patriarchatus per diploma adscriptus fuit Philoxeno, isque reversus est in cœnobium Mar Barsumæ, ibique sedem habuit.

Anno Græcorum 1596 (*Christi* 1285), sub hiberno tempore contigit in Melitina ejusque regione vehemens terræ motus, quo corruerunt in urbe ecclesiarum fornices, atque in cœnobio Mar Barsumæ plura destructa

¹) [illegible] *Al-Tak* sive *Tak*, minus recte scribit Assemanus (*Bibl. or.*, II, 258) [illegible] *Tazacum*. Narrat Mirchond Chosroem Anuschirwan (532-559), deleta Antiochia Syriae, novam juxta Ctesiphontem in littore Tigridis urbem condidisse palatiumque splendidissimum exstruxisse. Hujus palatii ruinæ adhuc hodie viatoribus sub nomine *Tak i Kosru* vel *Tak-i-Kesro (thronus Chosroes*, quanquam Tak proprie notat *opus arcuatum*) designantur. Vide Ritter, *Erdkunde, West-Asien*, theil X, 170-173; theil XI, 852, sqq.

ܕܡܢ ܩܠܝܠ ܠܕܝܪܐ ܟܠܗ ܢܦܠ ܗܘܐ ܡܢ ܫܘܢܝܐ . ܘܡܪܕܘܬܐ ܗܕܐ ܩܫܝܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܫܘ̈ ܠܪ̈ܚܡܘܗܝ ܚܠܦ ܐܟܘܬ ܚܛܗ̈ܝܢ .

sunt ædificia, ita ut parum abfuerit quin cœnobium totum decideret e rupe. Castigatio hæc severa a Deo, cujus misericordiæ laus esto, propter peccata nostra immissa fuit.

*Hic absolvitur Barhebræi narratio. Quæ porro leguntur supplementum sunt, ab Anonymo adjectum.*

ܘܒܫܢܬ ܐܫܓ ܒܝܪܚ ܬܡܘܙ ܫܘܪܝܗ ܐܬܢܝܚ ܦܝܠܟܣܝܢܘܣ ܕܗܘ ܢܡܪܘܕ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ . ܘܫܠܡ .

Anno 1603 (*Christi* 1292), initio mensis Tamuz (*Julii*), mortuus est Philoxenus seu Nemrod in cœnobio Mar Barsumæ.

ܘܒܬܪ ܦܝܠܟܣܝܢܘܣ ܬܠܬܐ ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ ܩܕܡܝܐ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܝܛܝܢܝܐ. ܬܪܝܢܐ ܒܪܨܘܡܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܓܘܝܟܬܐ . ܘܬܠܝܬܝܐ ܒܕܪ ܙܟܐ ܡܪܕܝܢܝܐ .

*Et Post Philoxenum, tres illegitimi : primus* CONSTANTINUS *Melitinensis, secundus* BARSUMAS *Gavicathæ archimandrita, tertius* BADER ZACHE[1] *Mardinensis.*

ܒܬܪ ܕܫܟܒ ܦܝܠܟܣܝܢܘܣ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܒܪܨܘܡܐ . ܒܫܘܪܝܐ ܕܫܢܬܐ ܕܫܢܬ ܐܫܕ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܐܬܒܙܙܬ ܘܐܬܚܛܦܬ ܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܡܢ ܬܠܬܐ ܦܪ̈ܨܘܦܐ ܠܐ ܠܡܫܬܘܬܦܘ . ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܕܐܦܠܐ ܚܕ ܡܢ ܕܪ̈ܓܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܐܦܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܠܘ̈ܗ ܡܛܝܐ. ܐܠܐ ܒܐܘܪܚܐ ܛܠܘܡܬܐ ܐܬܕܒܪ . ܘܒܫܡܐ ܒܠܚܘܕ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܡܠܝܛܝܢܐ ܐܬܩܪܝ ܗܘܐ . ܗܢܐ ܟܢܫ ܗܘܐ ܠܗ ܬܠܬܐ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܩܪ̈ܝܒܝܢ . ܘܡܢܗܘܢ ܐܬܪܫܡ

Postquam Philoxenus in monasterio Mar Barsumæ obierat, sub initio anni Græcorum 1604 (*Christi* 1292) patriarchatus illegitime a tribus personis penitus direptus fuit prædonum more. Ex his erat Constantinus, quem ne ullum quidem sacerdotii gradum concreditum habere decuisset, sed qui violentia nactus erat austititis munus atque nomine tenus metropolita Melitinæ vocitabatur : is tres episcopos viciniores congregavit, atque ab eis ordinatus est patriarcha. Secundus

[1]) Istud nomen Assemanus, *Bibl. Orient.*, II, 331, vertit per *Nicolaum*, eumque sequitur Smith in *Thesauro*, quamquam utriusque vocis, syriacæ, si syriaca esset, et græcæ, non eadem plane compositionis ratio est. Etenim ܒܕܪ ܙܟܐ *Bader Zache* = *dispersit victor ;* Νικόλαος = *victor populi*. Ceterum *Bedr.Zaka* nomen est arabicum quod verti possit : *splendor intelligentiae*.

ܦܛܪܝܪܟܐ . ܘܬܪܝܢܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܓܘܝܟܬ .
ܗܿܘ ܕܩܕܡ ܗܿܘ ܕܢܬܩܝܡܘܗܝ ܐܬܦܛܪܟ ܗܘܐ
ܠܗ ܦܣܩܢܐ ܕܢܬܦܛܪܟ . ܘܡܛܠ ܕܪܚܝܡ
ܚܒܝܒ ܗܘܐ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܐܪܡܢܝܐ . ܘܠܘܬ
ܡܘܓ̈ܠܝܐ ܘܝܘ̈ܢܝܐ ܒܣܘܓܐܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ .
ܐܬܟܢܫܘ ܠܘܬܗ ܐܦ̈ܝܣܩܘܦܐ ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܘܐܩܝܡܘܗܝ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܟܠܗ ܡܥܪܒܐ . ܘܒܝܬ ܠܗ
ܒܩܝܠܝܩܝܐ ܒܡܨܝܨܐ ܘܒܥܘܡܪܐ ܕܓܘܝܟܬ .
ܘܫܡܗ ܐܝܬܘܗܝ ܡܝܟܐܝܠ ܘܩܪܐܘܗܝ
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ . ܘܐܬܟܪܙ ܡܢ ܒܪ ܥܒܪܝܐ
ܬܪܝܢܐ ܒܡܕܢܚܐ ܘܒܡܥܪܒܐ . ܟܕ ܒܪܨܘܡ
ܗܘܐ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܒܪܨܘܡܐ ܨܦܝܐ ܥܪܩ
ܠܡܪܓܗ ܘܠܐܕܪܒܝܓܢ ܘܠܬܒܪܝܙ ܘܬܡܢ
ܕܥܒܕ ܚܡܫ ܫܢܝܢ ܕܠܐ ܢܩܒܠ
ܠܒܪܘܗܒ . ܒܬܪ ܕܐܬܬܣܝܡܘ ܬܪܝܢ
ܐܚܪ̈ܢܝܢ ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ . ܘܬܠܝܬܝܐ ܒܪܘܗܒ
ܒܪ ܙܟܐ ܡܪܕܝܢܝܐ . ܛܘܪܥܒܕܝܢܝܐ ܗܘ ܒܓܢܣܐ
ܡܢ ܓܘܪܢܫܟ ܩܪܝܬܐ ܕܩܪܝܒ ܠܚܨܢܐ ܕܗܝܬܡ .
ܗܢܐ ܟܢܫ ܐܦ̈ܝܣܩܘܦܐ ܛܘܪ̈ܥܒܕܝܢܝܐ ܬܠܬܐ
ܐܘ ܐܪܒܥܐ . ܘܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܗܓܪ̈ܝܐ
ܐܟܪܙܘܗܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܡܪܕܝܢ ܘܠܛܘܪ
ܥܒܕܝܢ ܒܠܚܘܕ . ܡܛܠ ܕܠܟܠ ܡܘܡܐ
ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܡܬܚܫܒ ܗܘܐ ܘܫܡܗ
ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ . ܘܩܘܣܛܢܛܝܢ ܐܬܬܣܝܡ
ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ ܘܕܒܪܘܬܐ ܗܘܬ . ܘܓܡܪܐ

